18150

175

DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

*Treasure Room*

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Duke University Libraries

http://www.archive.org/details/bellumetexcidium00bege



# BELLUM ET EXCIDIUM TROJANUM,

*ex*

# ANTIQVITATUM RELIQVIIS,

## TABULA

*præſertim,*

Quam RAPHAEL FABRETTUS

edidit,

## ILIACA

delineatum,

&

*adjecto in calce Commentario*

*illuſtratum*

à

LAURENTIO BEGERO,

Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Conſiliario ab Antiquitatibus & Bibliotheca.

---

*Proſtat*

Berolini & Lipſiæ,

Apud MICHAELEM RUDIGERUM.

*Impreſſit*

ULRICUS LIEBPERTUS, Typogr. Elect. Brandenb.

M DC XCIX.

B4168E




VIRO

*PER-ILLUSTRI & GENEROSISSIMO,*

# DNO. PAULO DE FUCHS,

Sereniſſimi & Potentiſſimi Electoris Brandenburgici

MINISTRO STATUS INTIMO:

Rerum Feudalium & Eccleſiaſticarum Directori, Synedrii Eccleſiaſtici Præſidi, Hæreditario in Malchow, &c. &c.

*Domino ſuo colendo*

LAURENTIUS BEGER.

G*Ratæ mentis*, Per-ILLUSTRIS MÆCENAS, *eadem natura eſt, quæ eſt & Apis, melliferi illius animalculi, quod ex ſylvis olim adductum, hodiè etiam in hortis alimus. Ubi deficiunt Roſæ, favos ex flore quocunque, ſentium etiam & rubi colligit, indeque ſi non digna, devota tamen Patrono ſuo munuſcula parat.*

*In horto Pieridum me collocavit Auguſta Glorioſiſſimi* FRIDERICI WILHELMI *Clementia: Conſervavit hactenus Regia magnanimi* FRIDERICI III *Gratia; ſed nec* Ille *collocavit, nec* Hic *conſervavit, niſi Tuo,* VIR Per-ILLUSTRIS, *commendatum favore, Tuo ſubnixum ſuffragio. Recenti adhuc & devotâ memoriâ recolo, quàm benignè de edito à me Theſauro Electorali Palatino judicaveris, cùm poſt mortem Electoris Palatini* CAROLI, *ſpecimen id, laboris & induſtriæ meæ teſtem, Legatus Electoralis Brandenburgicus, Perilluſtris* à MANDELSLO, *Aulæ Brennonicæ tranſmiſiſſet: Quàm gratioſè de me ſenſeris, cùm Numiſmata Cimeliarchii Archipalatini, duodecim ante annos, Clivos advexiſſem, Magnificamque inter Miniſtrorum Electoralium Coronam,* ELECTORI GLORIOSISSIMO *exponerem: Quàm comiter me exceperis, quàm largè fortunam meam, Palatino luctu perculſam & vacillantem ſtabilieris, cùm ad nutum Electoralem Berolinum advolaſſem, Tuumque præſidium & favorem, quâ ſubmiſſione par eſt, mihi exorarem: Quàm generoſè me commendaveris, cùm Theſauri El. Brandenburgici editionem pararem, fatiſque vertentibus, Tuô præſidiô denuò firmatus,* FRIDERICI III *demùm Gloriæ vulgarem. Sed dies & calamus mihi deficerent, ſi omnia à Te accepta, ſi omnia Tuo munere in me collata beneficia memoriâ pleniore enumerare vellem.*

*Quantò majora ſunt Tua in me merita,* VIR Per-ILLUSTRIS, *tantò major animum meum ſubit pudor, quòd ne minimô hactenus indiciô Tibi ſignificaverim, quâ ſubmiſſione, quâque obſervantiâ Tibi me devinctum agnoſcam. Non defuit voluntas,* MÆCENAS OPTIME. *Defuit digna Tuo faſtigio victima, ſine qua ad aram Tuam accedere nefas arbitrabar. Nec adhuc eſſet, niſi quod ex Roſis non datur, id ex Sentibus parari poſſe conſiderem. Fateor, in floridiſſimis Antiquitatum viridariis me verſari; Sed* GLORIOSISSIMO AUGUSTO NOSTRO *dum munera colligo, brevis amœnitatum*

*roſa*

*roſa evanuit, temporiſque dicam lapſus? an fortunæ luſus? quod Tibi feram, nil niſi bellorum ſentes, & excidii dumos mihi reliqui fecit.*

*Equidem ſcio, pacifico Tuo Genio hos minus convenire videri poſſe. Scio, non militari robore, ſed civili prudentiâ Te ſolium Electorale Brandenburgicum fulcire: Non cædibus & prælis, ſed aureo divini eloquii flumine Regum animos flectere: Non Martiâ Tubâ, ſed juſtitiæ & pietatis jubare Terrarum Orbem implere. Scio, Te Palladium Pacis cuſtodire, non auferre: felicitatem Publicam augere, non evertere: Principum ſecuritatem tueri, non oppugnare. Quid igitur eſt? An Opera Agrippæ Mæcenati offeram? An Parmenionis Hephæſtioni? Dicam, quid cauſæ ſubſit; ſed eheu! lugens dico.* Excidium Trojanum Excidium Patriæ meæ adumbrat! *Hoc igitur dum Tibi offero,* VIR Per-ILLUSTRIS, *ſimul per Orbem Terrarum Tuæ Gloriæ jacto, quâ humanitate profugos Palatinatu cives exceperis: Quâ benignitate eosdem* AUGUSTO NOSTRO *commendaveris: Quô favore etiam alibi diſperſos juveris! Audiit belli Trojani Hiſtoriam, & cupidè audiit Dido, licet Pacifica regnum inter feras gentes conſtitueret. Audiit, & cupidè audiit Latinus, licet & ipſe inter Italiæ Principes longa jam Pace floreret. Quid igitur dubitem, oſtendere eandem etiam Tibi?*

O DULCE PACIS & DECUS & PRÆSIDIUM!

*Tibi, inquam, & quidem pictam, & ex antiquis artificum priſcorum monumentis delineatam, cùm tamen eam jam dudum ex Græcorum fontibus hauſeris, & cum voluptate hauſeris.*

*Sed majus eſt, quod benè me ſperare jubet. Tantum Latino Trojana virtus placuit, ut & ex Trojanis Principibus Æneam ſibi Generum legerit; Et Tibi,* GENEROSISSIME, *Virtus Palatina placuit tantum, ut & Tibi Generum legeris Eum, qui Palatinos inter Proceres olim, & meritis radiabat & Prudentia. Nemo*

*adeò*

*adeò in rebus Publicis hoſpes eſt, qui ignoret, quô zelô Per-Illuſtris* WOLFGANGUS à SCHMETTAU, *ſub Divo* CAROLO LUDOVICO *Glorioſæ memoriæ Electore Palatino, regiminis in partem & cardinem venerit: Qua fide & induſtria ſub Electore* CAROLO, *præter alia negotia ſtatûs, etiam Legationes obierit: Qua Prudentia & dexteritate ſub utroque Principe ſaluti Imperii ſervierit. Æneam Pium, & fama ſuper æthera notum, excidio Trojano à* DIIS *legimus ereptum; Per-Illuſtrem* à SCHMETTAU, *Virtutibus & meritis notiſſimum. Hectore Archipalatino fatis abſumto, imminenti Palatinatûs excidio* JUPITER MARCHICUS *præripuit, ſuæque clientelæ aſſeruit.* Illum *Latinus Deorum Miniſter, collocatâ filiâ unicâ in familiam ſuam aſcivit; Et* Hunc *collocatâ non minus filia unica, aſciviſti* Tu, MÆCENAS GENEROSISSIME, *Marchici Jovis & ipſe Miniſter fideliſſimus.*

*Quid hinc? An Omen? An Votum? Utrumque ſanè! Sed quale* T*ua modeſtia admittit: Non Imperii & bellorum; id enim* T*e averſari ſcio: ſed Virtutum, Felicitatis, Gloriæ! Durat adhuc Latini nomen: Durat adhuc Æneæ fama; Duret igitur &* Tibi! *Duret & Per-Illuſtri* à SCHMETTAW *Nomen, Fama, Felicitas! Ut Romana Virtus ex* Latini *&* Æneæ *viſceribus per Orbem Terrarum ad ſeros Nepotes perſtitit Glorioſa: Ita &* Tuam, Tuo*rumque Virtutem & Gloriam, per generationes innumeras, renovent, augeant,*

Et Nati Natorum, & qui naſcentur ab Illis!

*LECTORI*



## *LECTORI CANDIDO.*

EX quo eruditiſſimum RAPHAELIS FABRETTI Opus mihi videre contigit, Commentarium quidem in Columnam Trajani, quâ par eſt attentione inſpexi, Nobiliſſimum autem κειμήλιον, TABULAM ILIACAM, ejusdem laudatiſſimâ & publicatam & dilucidatam operâ, quòd in eâ pleraque Belli Trojani geſta ingenioſè reperirem expreſſa, tanta cum voluptate contemplatus ſum, ut mihi temperare non potuerim, quin de eâdem diſtinctius proponendâ, addendisque iis, quæ accedere poſſent, adeoque de filo

Hiſtoriæ cogitarem, æqualiter & producendo & ſupplendo. Et licet pauca præterea repererim, ne ſic tamen propoſitum differendum cenſui, *cum* quòd vel unica illa Tabula aliquô modô ſufficere videretur, *tum* quod deficientia non faciliore viâ arbitrarer parari poſſe, quàm ſi, quæ præſtò ſunt, ære expreſſa vulgarentur. Eô enim factô me conſecuturum ſperabam, non tantùm, ut Tabulæ illius contenta etiam ad eos cum fructu emanarent, ad quos Fabretti opera non perveniſſent; Sed etiam, ſi quid amplificando & ſupplendo hiſtoriæ filo in Cimeliarchiis adhuc deliteſceret, ut id vel propoſitis addi, vel addendum communicari poſſet. Acceſsit, & conantem impulit, inſtituti facilitas, quòd Fabrettus clariſſimam facem jam prætuliſſet, adeoque parum temporis & laboris mihi impendendum foret. Rem igitur fidenter aggreſſus ſum, & Bellum Trojanum ex primis fontibus, *Nuptiis* ſcilicet *Pelei & Thetidis* deduxi, in quibus Diſcordia malum, κακὴν πολεμοῖο γενέθλην, Deorum conſeſſui projecit. Ex quibus nuptiis cùm prodierit *Achilles*, Græcorum toto Bello fortiſſimus, meritò *ejus Nativitatem & Educationem* ſubjeci; Quanquam enim propior interim excidii cauſa, *Judicium Paridis*, *Helenæque Raptus* accidiſſe videbuntur, rem tamen incertam facit Achillis ætas, cum ætate & annis excidii Trojani collata. Quicquid ſit: Raptum ſecuta eſt Græcorum in Aulide conſpiratio, quô tempore & *Achilles* è *Scyro evocatus* memoratur, & *Iphigenia* diſcrimen ſacrificii Dianæ miſericordiâ effugit, quæ proinde ſuo ordine ſeqvuntur, non minus ac *Nauſtathmon*, *Chryſeidisque reſtitutio*, *iraque Achillis*, quæ

> Πολλὰς ἰφθίμȣς ψυχὰς ἀίδι προΐαψεν
> *Multas fortes animas Plutoni præmiſit*,

Id quod in ſequentibus, usque ad Achillis mortem, quanquam ex marmore mutilo, adhuc tamen luculenter adumbratur.

Achil-

Achillem excepit *Ajacis furor*, *Eurypyli fortitudo & interitus* *Palladium ab Ulyſſe & Diomede raptum*, *Eqvus Dureus in urbem receptus*, nequicquam diſſvadentibus & *Laocoonte* & *Caſſandra*, tandemque & *Trojæ excidium*, in quo *Caſſandra ab Ajace violata*; *Coroebus à Peneleo interfectus*, *Priamus ad aram Jovis Hercei obtruncatus*, *Æthra à Nepotibus agnita*, *Æneæ pietas & fuga*, *Polyxenæ immolatio*, *Troadesque ad Hectoris tumulum* ſorte diviſæ, tandemque *Nauplii vindicta*, & hiſtoriæ colophon *Ulyſſes errores* ſeqvuntur, quibus *Sirenes prænavigavit*, *Proſerpinæ Galeam dedicavit*, tandemque in patriam redux, *à cane ſuo agnitus eſt*.

Hæc ſunt, quæ propoſitô Syntagmate ex Antiquitatum reliquiis, Tabulâ præſertim Iliacâ deduxi, eôque præcipuè fine in lucem protrudo, ut more peregrinantium, non tàm ſe aliis jactent, quàm aliorum monitis perficiantur, adeoque lumine poſtmodum pleniore Trojanam Hiſtoriam nobis pingere, ejusque Scriptores, *Homerum*, *Q. Smyrnæum*, *Coluthum*, *Tryphiodorum*, aliosque non paucos ſimul illuſtrare poſſent. Hoc ut obtineam non nudas figuras exhibeo, ſed & inſcriptionibus eas determino, & ne dubium remaneat, adjectô ad calcem Commentario illuſtro. Hunc equidem an publicarem, diu multumque hæſitavi. Deterrebat imprimis, quòd belli Trojani hiſtorias, non tantùm ſublimi eruditione fulgentes, ſed & mediocriter docti, utpote rem ex Poetis aliisque Scriptoribus notisſimam, in picturis facilè viderentur agnituri, licet exiguis tantùm eæ deſignarentur indiciis. Deterrebat æternus Eruditiſſimi *Fabretti* & honos & calamus, quod is Tabulam Iliacam, quæ hîc tantùm non utramque paginam facit, imò & Marmora Aracælitana tàm exactè, tam luculenter illuſtraſſet, ut poſt Homerum Iliada conſcripturus videri poſſet, qui denuò id ſtadium decurrere, aut doctius quid in medium proferre conaretur;



tur;

tur; ſed vicit publicæ utilitatis ſtudium, *tum* quòd Fabretti liber in Germania rarior ſit, *tum* quòd etiam Doctioribus quibusdam, & præſertim in deliciis noſtris minus exercitatis, interdum hærere ſoleat aqua, ubi minus id cogitares. Acceſſit & ſpicilegium nobis à Fabretto relictum, de quô, cùm legentibus occultum eſſe non poſſit, hîc tacere malim, quàm pluribus dicendo invidiam contrahere. Illud autem vel maximè movit, quòd Antiquitatis ſtudium hodiè etiam ad juvenes deſcenderit, quorum commodis vel præcipuè erat ſtudendum. His igitur ut qualicunque meâ opellâ præirem, calamum arripui, & licet ex meô pauca adjecerim, ſed pleraque, quod hîc & ubique fateri non pudet, ex Fabretto deſumſerim, illud tamen laboris mei præmium me ſpero relaturum, ut quæ ille æternâ ſuâ cum gloriâ ad Tabulam Iliacam eruditè commentatus eſt, Muſarum Cultoribus haud paulò diſtinctius, dicar, etiam extra Italiam obtuliſſe, & legenda, & ſpectanda. Vale! Et

*Si quid noviſti rectius iſtis,*
*Candidus imperti, ſi non, his utere mecum!*





# IN ANTIQVITATES BELLUM TROJANUM ADUMBRANTES COMMENTARIUS.

## I.

NUPTIÆ PELEI ET THETIDIS. Thetidem, Nerei & Doridis filiam, Nympham Marinam, filium Patre ſuo fortiorem eſſe parituram, ore fatidico cecinerat Themis. Id à Prometheo edoctus Jupiter, licet amore ſaucius, noluit cum eâ congredi, ſed Nepoti ſuo Peleo, Æaci filio, eam dedit conjugem, ſive invitam. ſive volentem. Nuptiæ in Pelio Theſſaliæ monte, circa Chironis Centauri antrum, memorantur celebratæ, eoque omne Deorum Genus invitatum, exceptâ Diſcordiâ. Hæc igitur ut contemptum ulciſceretur, Pomum aureum inſcriptum PULCHRIORI! Nuptiali Deorum conſeſſui projecit: Quô visô admiratio primùm, poſteà autem & Dearum æmulatio, & de

formâ certamen ſubiit, Junonis præſertim, & Veneris, & Minervæ, quòd unaquæque pulchritudinis ut gloriam, ita & præmium ſibi vendicaret. Litem absque invidia diremturus Jupiter, Pomum Mercurio dedit, juſſitque Deas ad Paridem deducere, Priami filium, in Ida monte Parentis pecora paſcentem, ut ille formas dijudicaret, ſimulque pomum, melioris præmium, PULCHRIORI addiceret. Rem Latius præter alios deſcripſerunt Hyginus Fab. LIV. & Coluthus *de Raptu Helenæ*: Eamque contemplamur & propoſito in Marmore, licet in pluribus mutilo, tali tamen, ut non obſcurè adhuc *Dii in Pelio monte conſidentes*: non obſcurè *Chiron ex antro ſuo proſpiciens*: Ipſa denique

*Sciſsâ DISCORDIA pallâ*

agnoſcatur, eô habitu, quô pomum projeciſſe veriſimiliter fingitur.

2. Achillis Nativitas. Eô modô hæc delineatur, quô partu jam ſolutus Achilles à nutrice abluitur, idque in conſpectu matris, lectô adhuc, ob languorem in puerperio contractum, inſidentis. De ritu Puerperii & Ablutione videndus Caſpar Bartholinus, qui tamen, quod in propoſito Lotionem adumbrat, judice Fabretto, perperam ad ſuſceptionem ex tellure transfert.

3. Achilles Stygi immersus. Rarô ſanè ſive fabulæ ſive Hiſtoriæ invento; Si enim Apollonium in *Argonauticorum quarto* audias, Thetis

*Urere mortales nocturno tempore carnes*
*Conſueverat flammis, ungebat luce diurnâ*
*Ambroſiâ tenerum corpus, quò quicquid adeſſet*
*Mortale eximeret, triſtem lueretque ſenectam.*

Sed de Styge teſtatur Thetis ipſa apud Statium, *Achilleidos Libro* 1. v. 269.

*Progenitum Stygis amne ſevero.*
*Armavi, totum utinam!*

Imò & v. 133.

— *Sub inania natum*
*Tartara, & ad Stygios iterum fero mergere fontes.*

Et v. 180. Græci:

*Quemne alium Stygios tulerit ſecreta per amnes*
*Nereis, & pulchros ferrò perſtrinxerit artus?*

Id feciſſe dicitur Thetis, ut filium invulnerabilem efficeret; Sed fata intervertere non potuit. Talum dextrum, quem in marmore apprehendit, Stygis aqua non tinxit: Indeque & hunc ſolum Achilles mortalem habuiſſe, eumque ab Apolline, Paridem ſe ſimulante, percuſſum memorat Hyginus.

4. Achilles Chironi traditus:) Id non à Thetide, ſed à Peleo

Peleo factum, Bathycles pinxit, apud Pauſaniam *in Lacon*; Sed Marmori ſubſcribit Orpheus *in Argonaut.* v. 383.

*Τόφρα καὶ ἡμέτερον κοῦρον Θέτις ἀργυρόπεζα*
*Νήπιον ἀρτιγένεθλον ἐν ἀγκαλίδεσσι λαβοῦσα*
*Πήλιον εἰνοσίφυλλον ἔβη, χείρωνι δ' ἔδωκεν*
*Εὖ μὲν ἐπισταμένως ἀγαπαζέμεν ἠδ' ἀτιτάλλειν.*

*Ut noſtrum puerum Thetis argenteos pedes habens,*
*Infantem nuper editum in lucem, in ulnis accipiens*
*Pelium frondoſum aſcendit, Chironique dedit,*
*Ut eum ſcitè amaret & nutriret.*

5. ACHILLES VENATIONES EDOCTUS. Leonem in marmore venatur Achilles, idque ad mentem Statii, apud quem Lib. II. v. 404. Achilles ipſe:

*Quid nunc tibi prælia dicam*
*Sylvarum? & vacuos ſævo jam murmure ſaltus?*
*Nunquam ille imbelles Oſſæa per avia Lynces*
*Sectari, aut timidas paſſus me cuſpide Damas*
*Sternere; ſed triſtes turbare cubilibus Urſas,*
*Fulmineasq; ſues, & ſicubi maxima Tigris*
*Aut ſeducta jugis fœtæ ſpelunca LEÆNÆ.*

Inde & Leonum viſceribus ſe victitaſſe memorat L. II. v. 381.

*[illegible]or & in teneris, & adhuc creſcentibus annis,*
*[illegible]ſalus ut rigido ſenior me monte recepit,*
*Non ullas ex more dapes habuiſſe, nec almis*
*Uberibus ſatiaſſe famem, ſed ſpiſſa LEONUM*
*Viſcera, ſemianimesq; Libens traxiſſe medullas.*

Philoſtratus licet his contrarietur, appoſitè tamen ad Achillem, Chironi inſidentem: *διδάσκει* inquit *ὁ χείρων τὸν Ἀχιλλέα ἱππάζεσθαι, καὶ κεχρῆσθαι αὐτῷ, ὅσα ἵππῳ, καὶ συμμετρεῖται μὲν τὸν δρόμον ἐς τὸ ἀνεκτὸν τῷ παιδὶ καγχάζοντι δὲ αὐτῷ ὑπὸ τοῦ ἥδεσθαι, προσμειδιᾷ μεταστρεφόμενος.* *Docet Chiron Achillem equitare, ipſoq; ut equo uti, & ad pueri quidem ætatem ac vires curſum metitur, ei verò præ gaudio ridenti converſus ac reſpiciens arridet.* Achillem Chironis tergo non quidem inſidentem, ſed inſiſtentem, exhibet etiam Gemma ſequens ex Gorlæo Edit. Gronov. deprompta.



6. ACHIL-



6. ACHILLES MUSICAM EDOCTUS. Tradit id Philoſtratus *in Heroicis*. Imò & Statius L. I. v. 118. ubi de Chirone Achillem docente:

*Labor unus inermi,*
*Noſſe ſalutiferas dubiis animantibus herbas,*
*Aut monſtrare Lyra veteres Heroas alumno.*

Id quod & Achilles poſtea Deidamiam docuiſſe fingitur L. I. v. 163. imò & ipſe exercuiſſe, apud Homerum teſte Plutarcho *de Muſicâ*.

7. JUDICIUM PARIDIS. Fabula videri poterit apud Coluthum *de raptu Helenæ*, Lucianum in *Dial.* & alios. Ad marmor notandum, Deas in eo nudas exhiberi, ad mentem Luciani, apud quem Paris: γυμνάς ἰδεῖν βούλομαι, *NUDAS videre volo*; Et Ovidii, apud quem Helena, *in Epiſt. ad Paridem:*

*In altæ vallibus Idæ*
*Tres tibi ſe NUDAS exhibuêre Deæ.*

Idem judicium Paridis etiam in Numiſmate exhibetur, apud Cel. Morellium in ſpecimine rei nummariæ Tab. XI. tale.



8. HELENÆ RAPTUS. De raptu Helenæ videndus Dictys Cretenſis, Coluthus, & alii. Propoſita pictura non tam raptum, quàm Paridis cum Helena collo-

colloquium adumbrat, quod raptum præceſſit. Notandum autem eſt, quam Pateram Cauſæus arbitratur, pateram non eſſe, ſed Apophoretam, uti latiùs demonſtratum dabitur in Theſ. El. Brand. Tom. II.

9. ACHILLES DEIDAMIÆ COHABITANS. Ut Thetis Achillem in Scyrum detulerit, ibique Lycomedi, inter Regias virgines, habitu muliebri educandum, commendaverit, pluribus cecinit Statius in *Achilleide*, viderique poteſt & Apollodorus *L. III. Biblioth.* & Hyginus *Fab. XCVII.* aliique.

*Fabula nota quidem, ſed non indigna referri,*
*Scyrias Æmonio victa puella viro.*

Propoſito in marmore, non equidem ex calamo Papinii

*Vi potitur votis, & totô pectore veros*
*Admovet amplexus;*

Sed in lecto jacenti votis ſuis fruiturus appropinquat.

10. ACHILLES ULYSSIS ASTU DETECTUS. Rem enarrant Hyginus *Fabula XCVI.* Philoſtratus *in Iconibus*, Statius L. II. *Achilleidos*, ubi v. 200. & ſeqq. ad marmor ſequentia notentur:

*Jam pectus amictu*
*Laxabat, cùm grande TUBA, ſic juſſus, AGYRTES*
*Inſonuit. Fugiunt disjectis undiq; donis,*
*Implorantq; Patrem, commotaq; prælia credunt:*
*Illius intactæ cecidêre à pectore veſtes,*
*Jam CLYPEUS, breviorq; manu conſumitur HASTA.*

Et paulò poſt:

*Aliâ plangebat parte retectos*
*Deidamia dolos, cujus cùm grandia primùm*
*Lamenta, & notas accepit pectore voces,*
*Hæſit, & occulto virtus infracta calore eſt.*

11. IPHIGENIÆ SACRIFICIUM.) Fabulam habet Hyginus n°. XCVIII. viderique poteſt & Euripides *in Iphigenia in Aulide.* In propoſito marmore Iphigenia jamjam immolanda aræ aſſidet: Adſtant utriumque Græcorum Proceres: Dea autem ad latus converſa victimam quaſi abominatur. Ita Ovidius Met. XII. ubi fabulam tangit:

*Victa Dea eſt, nubemq; oculis objecit.*

12. ΝΑΥΣΤΑΘΜΟΝ GRÆCORUM. Ναύσταθμον fuit portus Trojanus, ita dictus, quòd Græci navibus in eum appuliſſent. Juxta Sigæum fuiſſe, Segmentum hoc oſtendit, & adſtipulatur Strabo, Lib. XIII. ἔστι γὰρ τὸ ναύσταθμον πρὸς Σιγαίῳ.

 Inde

Inde & Ovidius de primo congreſſu: *Jam Sigæa tenebant littora.* Sigæum autem jam tunc munitum fuiſſe, conſtat ex turri, & probat Fabrettus ex Herodoto Lib. V. cap. XCIV.

13. CHRYSES APOLLINEM CONTRA GRÆCOS INVOCANS.) Idque ob Chryſeidem filiam ſibi raptam, repulſamque, qua Agamemnon eam repetenti negaverat. Vide omninò Homerum Il. A. à principio & v. 37. ubi has ejus preces Poeta refert:

*Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας,*
*Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις,*
*Σμινθεῦ. Εἴποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,*
*Ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα*
*Ταύρων, ἠδ' αἰγῶν, τό δε μοι κρήηνον ἐέλδωρ,*
*Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.*
*Audi me, argenteum arcum habens, qui Chryſam tueris,*
*Cillamq; valdè divinam, Tenedoq; fortiter imperas,*
*Smintheu! Si quando Tibi gratum templum coronavi,*
*Vel ſi quando Tibi pingues coxas cremavi*
*Taurorum & caprarum, hoc mihi perfice deſiderium.*
*Pendant pœnas Danai ob meas lacrymas tuis ſagittis.*

14. PESTIS: Scilicet ad preces ſacerdotis, ab Apolline, Græcorum caſtris immiſſa. Non fruſtra autem ſimulacro *canis* & *hominis jacentis* adumbratur; Homero enim canente Il. A. v. 49. ſeqq. Apollo

*οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς.*
*αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἀφιεὶς*
*βάλλ'.*
*Mulos quidem primum invaſit & CANES veloces.*
*Sed poſtea in IPSOS (homines) ſagittam mortiferam immittens*
*jecit.*

15. GRÆCI DE PESTE CONSULTANTES. Eô modô concilium hic pingitur, quô cauſam jam & remedium, *reddendam nempe Chryſeidem*, à Calchante edoctus Agamemnon, cum Achille in rixam deſcenderat, qui proinde, ut Homerus Il. A. v. 194. canit.

*Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος. ἦλθε δ' Ἀθήνη,*
*Στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα.*
*Traxit è vagina magnum enſem. venit autem Pallas,*
*Stetitq; retrò, & per flavam comam cepit Pelidem.*

Neſtor,

Neſtor, qui & ipſe componendæ rixæ fruſtrà concionatus memoratur, Agamemnoni aſſidet, ſenis inſtar depictus, quòd ut Homerus, Il. A. v. 250. ait:

*ἤδη δύο γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων*

*Jam duæ ætates varie linguium hominum ei defeciſſent.*

16. Ulysses Chriseidem reducens. Imò eâ reductâ hecatomben agens; Quod enim Homerus Il. A. v. 440. de Ulyſſe cecinit, Chryſeidem

*ἐπὶ βωμὸν ἄγων*

*Πατρὶ φίλῳ ἐν χερσὶ τίθει.*

*ad altare ducens*

*Patri charo in manibus poſuit.*

Id in marmore jam factum cernimus, ipſeque Ulyſſes ad Hecatomben regreſſus, eam ordine ſtatuit ad altare adducendam. Id eum feciſſe, indeque ab ara retraxiſſe & jugulaſſe, pluribus cecinit Homer. d. Il. A. v. 446. ſeqq.

17. Thetis Jovi supplicans. Idque pro Achille, contra Græcos, quòd Agamemnon ei Briſeidem abduxiſſet. Sedet Jupiter, & ante eum ſedet & Thetis, manu ſiniſtrâ ejus genu tangens, qualiter Homerus habet, Il. A. 498. ſeqq.

*Εὗρεν δ' εὐρύοπα Κρονίδην ἄτερ ἥμενον ἄλλων*

*Ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος οὐλύμποιο;*

*Καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γούνων*

*Σκαιῇ.*

*Invenit autem latè videntem Saturniadem ſeorſim ſedentem ab aliis,*

*In ſummô vertice eminentis Olympi:*

*Et ante ipſum ſedit, & PREHENDIT GENUA*

*SINISTRA MANU.*

Qualiter & manſit, cùm Jupiter aliquantisper tacitus reſponſum diſtuliſſet, v. 512.

*Θέτις δ' ὡς ἥψατο γούνων*

*ὣς ἔχετ' ἐμπεφυυῖα, καὶ ἤρετο δεύτερον αὖθις*

*Thetis autem, ſicut apprehenderat genua,*

*Sic tenebat inhærens, & rogabat iterum.*

Donec ſcilicet Jupiter precibus commotus, motô capite annuit v. 524. quó fortaſſe retuleris, quód Jupiter Thetidi dextram in ſegmento noſtro porrigit.

18. Neptunus Ajacem concitans. Cùm Jovem in partes traxiſſet Thetis, variæ ſecutæ ſunt præliorum & cladium viciſſitudines. Eas Homerus à Libro II. ad XIII. usque memoratas, ex Tabula Iliaca, ingenti ſanè & deplorabili jacturá, injuria temporis ſuſtulit. Actum videbatur de Græcis, cùm & murum, quem caſtris ſuis obduxerant, Ducibus Sarpedone & Hectore Trojani ſuperaſſent.

aſſent. Sed Dii rem reſtituêre. Neptunus, quod in ſegmento noſtro facit, tum Danaos univerſos in prælium reduxit, tum in ſpecie *Ajaces* concitavit. Ita enim Homerus Il. N. v. 42. ſeqq.

> Ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος, ἐννοσίγαιος,
> Ἀργείους ὤτρυνε βαθείης ἐξ ἁλὸς ἐλθὼν,
> Εἰσάμενος Κάλχαντι δέμας καὶ ἀτειρέα φωνήν.
> Αἴαντε πρώτω προσέφη μεμαῶτε καὶ αὐτώ.
> *Sed NEPTUNUS terram cingens, quatiens terram,*
> *Argivos concitabat profundo è mari veniens,*
> *Aſſimilatus Calchanti corpore & indefeſſa voce.*
> *AJACES primos allocutus eſt promtos & ipſos.*

Quibus ex verbis ſimul patet, cur Neptunus non ſolitis cum inſignibus, ſed habitu Græco hîc delineatus occurrat.

19. IDOMENEUS OTHRIONEO CÆSO ASIUM PERSEQVENS. Græcis Neptuni hortatu in prælium regreſſis, ſuos etiam Hector animavit. Inde Meriones Deiphobum haſtâ petiit, Priami filium, ſed incaſſum. Inde Teucer Imbrium, Hector è contrario Antimachum interfecit. Inde qui & in Tabula viſitur Idomoneus Othryoneum & Aſium, id quod Poeta ſequentibus docet Il. N. v. 361.

> Ἔνθα μεσαιπόλιός περ ἐὼν Δαναοῖσι κελεύσας
> Ἰδομενεὺς, Τρώεσσιν ἐπιάλμενος ἐν φόβον ὦρσε.
> Πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα.
> *Tunc ſemicanus quamvis exiſtens, Danaos hortans*
> *IDOMENEUS, Trojanis inſiliens in fugam impulit;*
> *Interfecit enim OTHRYONEUM ex Cabeſo, qui aderat.*

Fuit autem Idomoneus ex Creta, & ut ille ab initio Græcis, ita Othryoneus ex Cabeſo Cappadociæ oppido, ut Stephanus tradit, Trojanis nuper demum acceſſerat, pactus nuptias Caſſandræ, ſi Græcos ex Troja expuliſſet. Id ei Idomeneus, etiam mortuo exprobravit, & inde, ut Il. N. v. 383. dicitur,

> εἷλκε κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην
> *traxit per fortem pugnam*

quod aliquo modô in Tabula exprimitur, quanquam eò diverſa hæc ſit, quòd pedibus & in curru tractum Homerus cecinerit, quod in tab. aliter ſe habet. Quicquid ſit, ut Poeta porrô Il. N. v. 384. loquitur

> Τῷ δ' Ἄσιος ἦλθεν ἀμύντωρ
> πεζός.
> *Huic ASIUS venit vindex*
> *pedeſter.*

Et

Et Il. N. v. 386. ἵετο θυμῷ

Ἰδομενῆα βαλεῖν, ὁ δέ μιν φθάμενος βάλε δουρὶ
Λαιμὸν ὑπ' ἀνθερεῶνα, διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσεν.
Ἤριπε δ' ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωίς.

*cupiebat animo*
*Idomeneum percutere, is autem ipſum prior percusſit haſtâ*
*Ad jugulum ſub mento, penitus autem haſtam transegit.*
*Cecidit autem, ſicut quando aliqua quercus cecidit, vel populus.*

Cadentem videas & in Tabula noſtra, quanquam, quod omninò notandum, Idomeneus eum non haſtâ ſed gladiò perſequatur. Fuit autem Aſius, ut in Catalogo Trojani exercitus Il. B. v. 835. deſcribitur *Hyrtacides* & *Princeps eorum*, qui *Percotem* & *Practium* incolebant, quique & *Seſtum* & *Abydum* tenebant, & divinam *Arisben*, ex quâ & à fluvio *Selleente* etiam veniſſe dicitur.

20. Æneas Aphareum interficiens. Aſio interfectô Deiphobus Hypſenorem, Idomeneus autem Alcathoum confecit, contra quem Deiphobus Æneam aſſumſit. Secuta inde pugnâ circâ Alcathoi cadaver, Deiphobusque Aſcalaphum Martis filium ſtravit, ſed ipſe à Merione vulneratur.

Αἰνέας δ' Ἀφαρῆα Καλητορίδην ἐπορούσας
Λαιμὸν τύψ' ἐπὶ οἱ τετραμμένον ὀξέϊ δουρί.

*ÆNEAS autem*,

Id quod in propoſito ſegmento facit, quodque verbis Poetæ Il. N. v. 541. enunciavimus,

*APHAREUM CALETORIDEM vincens, ad jugulum feriit contra ſe verſum acutâ haſtâ.*

Aphareum inquam, quem Idomeneus cum aliis contra Æneam evocaſſe ex v. 478. noſcitur, quamvis alias inter Duces non memoretur.

21. Ajax Archelochum feriens. Aphareô cæsô, Antilochus Thoonem interfecit, Antilocho infeſtum Adamanta Aſiadem Meriones: Et è Trojanis Helenus Deipyrum; ſed Helenum Menelaus vulneravit, Piſandrum peremit. Meriones Harpalionem interfecit, Paris contra Euchenorem. Inde Hector & Ajax congreſſi, Polydamasque Prothoënorem occidit. Polydamantem feriturus Ajax, eô ictum vitante, id quod in picturâ facit, *Archelochum proſtravit*: Et hoc eſt quod Virgilius ait: Archelochum *alienô vulnere* occiſum eſſe. Sed rem plenius memorat Homerus Il. Ξ. v. 459. ſeqq.

*Αἴαντι δ᾽ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινε*

*Τῷ Τελαμωνιάδῃ. τὸν γὰρ πέσεν ἄγχι μάλιστα.*

*Καρπαλίμως δ᾽ ἀπιόντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ.*

*Πουλυδάμας δ᾽ αὐτὸς μὲν ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν.*

*Λικριφὶς ἀΐξας. Κόμισεν δ᾽ Ἀντήνορος υἱὸς*

*Ἀρχέλοχος. τῷ γάρ ῥα θεοὶ βούλευσαν ὄλεθρον.*

*Ajaci autem maximè bellicoſo animum commovit* ( Polydamus. )

*Telamonidæ; Hunc enim cecidit propè maximè* ( Prothoënor)

*Statim autem in abeuntem jaculatus eſt haſtâ ſplendidâ.*

*POLYDAMAS autem ipſe quidem vitavit mortem nigram*

*Oblique declinando ; Excepit autem Antenoris filius*

*ARCHELOCHUS : Huic enim Dii deſtinaverunt mortem.*

Quibus ex verbis abundè patet, eum qui medius Ajaci adſtat Polydamantem: Eum autem qui cecidit, Archelochum eſſe. Ut autem Archelochum imbellem arbitreris, prohibet Homerus Il. M. v. 99.

*δύω Ἀντήνορος υἷε*

*Ἀρχέλοχός τ᾽ Ἀκάμας τε, μάχης εὖ εἰδότε πάσης*

*duo Antenoris filii*

*Archelochus Acamasq;, pugnæ benè periti omnis.*

Indeque & Ajax ejus funere funus Prothoënoris benè penſatum jactat. Il. Ξ. v. 470.

*Φράζεο Πουλυδάμα, καί μοι νημερτὲς ἐνίσπε*

*Ἦ δὴ οὐχ οὗτος ἀνὴρ Προθοήνορος ἀντὶ πεφάσθαι*

*Ἄξιος;*

*Animadverte Polydama, & mihi verum dic!*

*Annon eſt hic vir, pro Prothoënore ut occiſus ſit,*

*Dignus ?*

Polydamantem autem ictum evitaſſe, mirum non eſt. Ut enim Poeta ait, Il. Σ. v. 250.

*Οἶος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω*

*Solus videbat antrorſum & retrorſum.*

22. Hectoris Effigies et simulacrum. Antequam ad Hectoris facta procedamus, meritò ejus effigiem & ſimulacrum contemplamur : Herois ſcilicet, omnium Trojanorum fortiſſimi, licet tandem fata ſua evitare non valuerit. Simulacrum in Tab. Iliaca ubique imberbe pingitur; ſed in duplici hoc Numiſmate barba ad oculum patet, ſuffragaturque Pauſanias in Phocicis, *Barbatum* referens & à Polygnoto pictum, in Tabula ea, quæ Delphis dedicata, Troja-

Trojanorum excidium, & Græcorum reditum adumbrabat; adeò ut barbam in Tabula, vel vetuſtate detritam, vel ob parvitatem faciei minus viſibilem non abs ratione ſtatuas. Niſi fortè poſt mortem affictam credas, ut eô fortitudinis indiciô divinitas auguſtior, Martique, quem in alterô nummô refert, eò convenientior foret. Divinis honoribus ab Ilienſibus cultum, teſtatur Philoſtratus. Memoriam certè non in Seguiniano tantum, ſed & in ſequenti




Numiſmate, honori Severi percuſſo, apud Triſtanum T. II. p. 92. teſtati ſunt, ubi Victorias ejus tibi imaginari poteris, de quibus in ſequentibus agetur.

23. Hectorem excitans Apollo. Archelochô, ut ſuprà vidimus, cæsô, necem ulturus frater Acamus, Promachum Bœotium ſtravit. Acamantem petiturus Peneleus, peremit Ilioneum filium Phorbantis. Inde Trojanorum fuga & cædes, quam Jupiter ut ſiſteret, Apollinem dicitur miſiſſe, Hectorem, id quod propoſitâ in pictura facit, ad pugnam excitaturum. Ita Homerus Il. O. v. 243. ſeqq.

*Ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων*
*Ἕκτορ υἱέ Πριάμοιο* ———
*Θάρσει νῦν τοῖόν τοι ἀοσσητῆρα Κρονίων*
*Ἐξ Ἴδης προέηκε παρεστάμεναι καὶ ἀμύνειν,*
*Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὅς σε πάρος περ*
*ῥύομ', ὁμῶς αὐτόν τε καὶ αἰπεινὸν πτολίεθρον.*
*Ἀλλ' ἄγε, νῦν ἱππεῦσιν ἐπότρυνεν πολέεσσι*
*Νηυσὶν ἔπι γλαφυρῇσιν ἐλαυνέμεν ὠκέας ἵππους*
*Αὐτὰρ ἐγὼ προπάροιθε κιὼν, ἵπποισι κέλευθον*
*Πᾶσαν λειανέω, τρέψω δ' ἥρωας Ἀχαιούς.*
*ὡς εἰπὼν, ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν.*

 *Propè*

*Propè autem ſtans allocutus eſt longe operans Apollo.*
*Hector fili Priami* ———
*Confide nunc, talem Tibi adjutorem Saturnius*
*Ex Ida emiſit aſtare & auxiliari,*
*Illuſtrem Apollinem, aureo gladio conſpicuum, qui Te antea*
*Protego ſimul ipſumq; & altam urbem.*
*Sed age, nunc Equites hortare multos,*
*Naves ad concaves impellere veloces equos;*
*Sed ego ante iens equis viam*
*Omnem complanabo, & vertam Heroas Achivos.*
*Sic locutus, inſpiravit robur magnum Paſtori populorum.*

24. Hectoris pugna ad Græcorum Naves. Ab Apolline excitatus Hector, in prælium Trojanos reduxit, miratique animoſitatem Danai, ad naves refugêre.

Ἔνθα δ' ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα κεδασθείσης ὑσμίνης.
Ἕκτωρ μὲν Στιχίον τε καὶ Ἀρκεσίλαον ἔπεφνε,
Αἰνείας δε Μέδοντα καὶ Ἴασον ἐξενάριξεν.
*Tunc vir interfecit virum diſſipata acie.*
*Hector quidem Stichiumq; & Arceſilaum occidit,*
*Æneas autem Medonta & Jaſum ſpoliavit.*

Ut Poeta loquitur Il. O. v. 327. ſeqq. Meciſtum verò ſuſtulit Polydamas, Echiumque Polites, Clonium Agenor, Dejochum Paris. Dumque Trojani cæſos ſpoliant, Achivi in foſſam delapſi, intra murum ſe recipiebant.

Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο, μακρὸν ἀΰσας
Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι.
*Hector autem Trojanis imperabat altè clamans*
*In naves ruère.* ex Il. O. v. 346.

Id quod facientes, anceps aliquandiu prælium conſerebant.

Ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο νέεσσιν.
Ἕκτωρ δ' ἄντ' Αἴαντος ἐείσατο κυδαλίμοιο.
*Alii autem circa alias pugnam pugnabant naves*
*Hector autem circa Ajacem venit Illuſtrem.*

Quibus Il. O. v. 414. ſeqq. ex verbis utique apertum eſt, Ajacem eſſe, qui in picturâ navi inſiſtit, & contra Hectorem præliatur; Ita qui ſub prora navis jacens Καλήτωρ ſubſcribitur, dum ignem ſuppoſiturus eſſet, ab Ajace cæſus memoratur. Il. O. v. 419. ſeqq.

*Ἔνθ' υἷα Κλυτίοιο Καλήτορα φαίδιμος Αἴας*
*Πῦρ ἐς νῆα φέροντα κατὰ στῆθος βάλε δουρί.*
*Δούπησεν δὲ πεσών, δαλὸς δέ οἱ ἔκπεσε χειρός.*
*Tunc filium Clytii Caletorum Illuſtris Ajax*
*Ignem ad navim ferentem in pectus vulneravit haſtâ.*
*Sonuit autem lapſus, torris verò ei excidit manu.*

Hunc autem

*ἐν κονίῃσι πεσόντα νεὼς προπάροιθε μελαίνης*
*in pulveres procubuiſſe navem ante nigram*

conqueſtus Hector, haſtam in Ajacem jaculatus eſt, ſed Lycophronem Maſtoris filium interfecit. Il. O. v. 436. ſeqq.

*Τεῦκρος δ' ἔνατος ἦλθε παλίντονα τόξα τιταίνων,*
*Στῆ δ' ἄρ' ὑπ' Αἴαντος σάκεϊ Τελαμωνιάδαο.*
*Teucer autem novus venit, arcus qui retrò curvantur tendens,*
*Stetit autem ſub Ajacis ſcuto Telamonii.*

Ut idem canit Il. θ. v. 266.

*Καὶ ῥ' ἔβαλε Κλεῖτον Πεισήνορος ἀγλαὸν υἱόν,*
*Πουλυδάμαντος ἑταῖρον ἀγαυοῦ Πανθοΐδαο.*
*& percusſit Clytum Peſenoris ſplendidum filium,*
*Polydamantis ſocium clari Panthoidæ.*

ex Il. O. v. 445.

Utrumque cernimus in Tabula, & Teucrum ex more ſub Ajacis ſcuto latentem, & Clytum Teucri ſagittâ interfectum: Imo & Polydamantem eum, qui juxta cadentem Clytum haſtam tenet, licet nullô is nomine determinetur; Neque enim Paridem credideris, cùm hunc potius cum arcu pugnantem eò arbitreris, quòd & Diomedem Il. Λ. v. 370. & Eurypylum Il. Λ. v. 582. ſagittâ ab arcu emiſsâ, quamvis non hoc in prælio, vulneravit. Ita & Æneas & Helenus in Tabula noſcuntur, quorum ille, ut ſuprà audivimus, Medonta interfecerat, uti Paris Dejochum: Hic autem licet vates, præliis tamen & ipſe intereſſe ſueverat, ut vel inde conſtat, quòd à Menelao vulneratus Il. N. v. 593. memoratur. Licet autem Homerus parcam horum hoc locô mentionem habeat, prælio tamen eos abfuiſſe veriſimile non eſt: Niſi forſan de Heleno dubites, ejusque locô ejus fratrem Politem cum Fabretto ſubſtituas, qui primò in conflictu adfuiſſe, & Echium interemiſſe Il. O. v. 339. memoratur. Sed illud adhuc ad Tabulam notandum, Hectorem cum ſociis *pedites* pugnare, cùm tamen ut ſuprà audivimus, veloces ad naves *Equos* Hectorem impellere Apollo juſſerit, ipſeq;

concitaſſe Equites. Il. O. v. 270. memoretur: Notandum, quod Nob. Fabrettus hôc locò pluribus probat, Navim ad quam pugnant, in terram ſubductam & ab utroque latere firmatam eſſe, ut proinde cavendum ſit, ne remos hos arbitremur: Notandum, Pauſaniam Caletorem ab Ajace interfectum memorare, eò quòd ignem Proteſilai navi ſubjecerat, cùm tamen Homerus id de navi Ajacis referat; Sed facilis lapſus fuit, cum naves Proteſilai & Ajacis proximè ſubductæ ſteterint. Id inde patet, quòd etiam , qui ante contra Ajacem ſteterat, Il. O. V. 704.

*Ἕκτωρ δὲ πρύμνης νεὸς ἥψατο ποντοπόροιο*
*Καλῆς, ὠκυάλου, ἣ Πρωτεσίλαον ἔνεικεν*
*Ἐς Τροίην.*
*Hector, Puppim navis apprehendit pontigradæ,*
*Pulchræ, velocis, quæ Proteſilaum advexerat*
*Ad Trojam.*

Ex quibus utique clarum eſt, vel Proteſilai navem fuiſſe, quam Ajax propugnavit, & ita Pauſaniam cum Homero idem referre, vel ſi diverſa fuit, navi Ajacis tamen fuiſſe proximam, indeque ortum Pauſaniæ errorem, quòd & illi & omnibus reliquis ignem ſupponi Hector juſſerit, id quod Il. O. v. 718. & ſequentibus facit.

25. Patroclus Achillis arma induens. Achillem ex quô Agamemnon ei Briſeidem abduxit, lachrymantem & à ſociis ſeparatum ſediſſe, ſupra ex Il. A. v. 349. dictum eſt, Græcos inde, cùm fortunam adverſam ſentirent, Legatos ad eum, Ulyſſem, Phœnicem, & Ajacem miſiſſe, & tamen non exoraſſe Il. I. v. 165. ad finem libri docetur. Tandem cum naves oppugnarent Trojani, pluribusque jam interfectis ipſi etiam Ajaci graves eſſent, Patroclus curâ Eurypyli, quem fovebat Il. O. v. 401. ejus famulo commiſsâ, ad Achillem reverſus eſt, petiitque & obtinuit, ut minimùm ipſe ejus armis indutus cum Myrmidonibus mitteretur. Inde, quod & in propoſita pictura facit, Achilles ſedet, prenſantibus eum ſociis, & inter hos Phœnice, qui eum educavit: An & Diomedes? Homerus videtur obſtare, cùm Il. Π. v. 25. Diomedem vulneratum Patroclus ipſe memoret; niſi fortè navibus incenſis, & ipſum & Phœnicem, & quidem poſt Patroclum, Achilli appropinquaſſe, auxiliumque rogaſſe contendas. Id enim videtur arguere Patroclus, qui non ut Fabrettus habet, de adeundo Achille deliberat, ſed armis jam obtentis ſe induit: ita Il. Π. v. 130.

Πάτρο-

Πάτροκλος δὲ κορύσσετο νώροπι χαλκῷ.
Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε.
Δεύτερον αὖ, θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε,
Ποικίλον, ἀστερόεντα, ποδώκεος Αἰακίδαο.
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον,
Χάλκεον, αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε.
Κρατὶ δ' ἐπὶ ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκε,
Ἵππουριν, δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν.
Εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρα, τά οἱ παλάμηφιν ἀρήρει,
*Patroclus autem armabatur ſplendido ære.*
*Ocreas quidem primum circum tibias poſuit.*
*Secundo rurſus thoracem circum pectora induit,*
*Diſcolorem ſtellatum, velocis, Æacidæ.*
*Circum autem humeros jecit Enſem argenteis clavis diſtinctum,*
*Æneum: At deinde ſcutum magnumq́, validumq́,*
*Capite autem in generoſo galeam benefactam poſuit,*
*Equinis ſetis criſtatam, ac horrendum criſta deſuper nutabat.*

Thoracem, Caſſidem, & Clypeum in pictura apertè cernimus, imò & haſtile Patroclus tentat, an viribus ſuis conveniat? Haſtam enim Achillis non ſumſit, quòd nemo Græcorum eam vibrare poſſet.

26. MERIONES ACAMANTEM OCCIDIT. Notandum hic eſt, figuras has in Tabula Iliacâ poſitas eſſe ante Idomeneum Othryoneô cæsô Aſium perſequentem. Cùm autem Homerus earum certamen poſt Patroclum armatum memoret. Meritò eas huic loco reſervavimus. Ita autem Poeta Il. Π. v. 342.

Μηριόνης δ' Ἀκάμαντα κιχεὶς ποσὶ καρπαλίμοισι,
Νύξ' ἵππων ἐπιβησόμενον κατὰ δεξιὸν ὦμον:
Ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς.
*Meriones autem Acamanta aſſecutus pedibus velocibus,*
*Percusſit equos aſcendentem in dextro humero:*
*Cecidit autem ex curru, ob oculos autem fuſa eſt caligo.*

In propoſito ſegmento currus non eſt, indeque colligas, Acamantem eò modò delineatum eſſe, quô jam percuſſus ex curru ceciderat. Fuit autem Acamas Antenoris filius, Meriones autem Idomenei Cretenſis ex fratre nepos. De hoc videndus Euſtathius Il. β. v. 314. Fortitudinem expreſſit Horatius, qui inter alios Heroas, etiam

*pulvere*

*pulvere Troico*
*Nigrum Merionem*

Lib. I. Carm. Od. VI. repoſuit. Videatur & Homerus Il, β. v. 650. ubi ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ *ſimilis Marti* dicitur *viros occidenti.*

27. HECTOR OCCISO PATROCLO AUTOMEDONTI INFESTUS. Patroclô Achillis armis indutô, prœliumque cum Myrmidonibus ciente, verſa memoratur fortuna. Multi Trojanorum occubuére, ipſeque Hector in fugam compulſus, Sarpedon autem interfectus eſt. Il. π. v, 698.

Ἔνθα μὲν ὑψίπυλον Τροίην ἕλον υἷες Ἀχαιῶν
*Tunc altam Trojam cepiſſent filii Achæorum,*

niſi Apollo Patroclum à mœnibus rejeciſſet, Hectoremque rurſus animaſſet, Il. π. v. 731.

Ἕκτωρ δ' ἄλλους μὲν Δαναοὺς ἔα, οὐδ' ἐνάριζεν.
Αὐτὰρ ὁ Πατρόκλῳ ἔπεχε κρατερώνυχας ἵππους.
*Hector autem cæteros quidem Danaos omittebat neque occidebat.*
*Sed hic in Patroclum dirigebat ſolidungulos equos.*

Patroclus autem Cebrionem interfecit, ſed ipſe ab Euphorbo vulneratus tandemque ab Hectore occiſus eſt

Ἕκτωρ δ' ὡς εἶδεν Πατροκλῆα μεγάθυμον,
Ἀγχίμολόν ῥά οἱ ἦλθε κατὰ στίχας, οὖτα δὲ δουρὶ
Νείατον ἐς κενεῶνα. διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε
Δούπησεν δὲ πεσών.
*Hector poſtquam vidit Patroclum Magnanimum,*
*Cominus ad eum venit per catervas, vulneravitque haſtâ*
*Extremum in latus, penitus autem ferrum trajecit,*
*Inſonuit autem lapſus.*

Non autem occidit tantùm Patrochum Hector, imò & arma Achillis ei detraxit, iisque poſteà uſus eſt; Ita enim ipſe Il. P. v. 184. & ſeqq.

Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς.
Ὄφρ' ἂν ἐγὼν Ἀχιλῆος ἀμύμονος ἔντεα δύω,
Καλὰ, τὰ Πατρόκλοιο βίην ἐνάριξα κατακτάς.
*Viri eſtote, O amici, recordamini autem bellicæ virtutis.*
*Dum ego Achillis fortiſſimi arma induam,*
*Pulchra, quæ à Patroclo vi detraxi interficiens.*

Et hinc eſt, quod Patroclus in pictura nudus cernitur, Hectorque ante ipſum, qualiter morienti inſultaſſe Il. π. v. 830. ſeqq. memoratur, cui moribundus reſpondit

Σοὶ γὰρ

Σοὶ γὰρ ἔδωκε
Νίκην Ζεὺς Κρονίδης καὶ Ἀπόλλων, οἵ μ' ἐδάμασσαν
Ῥηϊδίως. αὐτοὶ γὰρ ἀπ' ὤμων τεύχε' ἕλοντο.

*Tibi dedit*
*Victoriam Saturnides & Apollo, qui me domuerunt*
*Facilè; ipſi enim ab humeris arma detraxerunt.*

adeò ut hinc pateat, Patroclum hîc non, ut Fabrettus ait, eô modò præfigurari, quô ab Euphorbo domitus turbæ ſe immiſcuit; ſed eô, quô jam ab Hectore cæſus, armisque ſpoliatus fuit: Qui proinde Hector, & in reliquâ figura agnoſcendus videtur, in Automedontem pergens, id quod Homerus apertè docet Il. Π. v. 864.

Αὐτίκα δὲ ξὺν δουρὶ μετ' Αὐτομέδοντα βεβήκει
Ἀντίθεον θεράποντα ποδώκεος Αἰακίδαο.
Ἵετο γὰρ βαλέειν. τὸν δ' ἔκφερον ὠκέες ἵπποι
Ἄμβροτοι, οὓς Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν, ἀγλαὰ δῶρα.

*Statim autem cum haſta in Automedontem ivit*
*Divinum famulum velocis Æacidæ.*
*Cupiebat enim vulnerare. Hunc verò extulerunt veloces equi*
*Immortales, quos Peleo Dii dederant dona.*

Duo autem tantùm Equi, *Xanthus* ſcilicet & *Balius* hic viſuntur, quos Automedon currui junxiſſe Il. Π. v. 149. memoratur; *Pedaſum* enim, quem ad lora exteriora admoverat, Il. Π. v. 152. jam occiderat Sarpedon, uti videre eſt Il. Π. v. 467.

28. Pugna de Patrocli cadavere. Atrocem & prolixam circa Patrocli cadaver pugnam, quæ ſola ferè Iliadis Libri XVII. materies fuit, hâc in Tabellæ Iliacæ particulâ, licet nomina deſint adumbrari, cum Fabretto credimus. Currui inſiſtens, videtur Hector eſſe, qui poſt ſpoliatum Patroclum, Il. Ρ. v. 130.

Ἐς δίφρον δ' ἀνόρουσε. δίδου δ' ὅγε τεύχεα καλὰ
Τρωσὶ φέρειν προτὶ ἄστυ, μέγα κλέος ἔμμεναι αὐτῷ.

*In currum aſcendit deditq; pulchra arma*
*Trojanis ferenda ad urbem, magna gloria ut eſſent ipſi.*

Ajax autem, videtur eſſe is, qui cadaver protegit; Ita enim Homerus in ſeqq.

Αἴας δ' ἀμφὶ Μενοιτιάδῃ σάκος εὐρὺ καλύψας
Ἑστήκει ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν

*Ajax autem circa Menoetiadem ſcutum latum obtegens*
*Stetit, ſicut aliquis Leo circa ſuos catulos.*

De Menelao fortaſſe majus dubium, an is ſit, qui Patroclum auferre nititur. Fabrettus enim rei firmandæ ſequentia citat ex Il. P. 138.

Ατρείδης δ' ἑτέρωθεν ἀρηΐφιλος Μενέλαος
Εἱστήκει μέγα πένθος ἐνὶ στήθεσσιν ἀέξων.

*Atrides ex altera parte bellicoſus Menelaus*
*Stabat magnum luctum in pectoribus augens.*

Sed tutius v. 580. attuliſſet, ubi ſequentia leguntur:

Αὐτὰρ Ατρείδης Μενέλαος
Νεκρὸν ὑπ' ἐκ Τρώων ἔρυσεν μετ' ἔθνος ἑταίρων.

*At Atrides Menelaus*
*Cadaver à Trojanis ſubtraxit ad agmen ſociorum.*

Ut taceam, Menelao & Merioni Ajacem Il. ρ. v. 717. injunxiſſe, ut cadaver ſublatum è prælio auferant; id enim ſectione ſequenti demum delineatur. Sed ad propoſitum & illud quadrare poſſet, quod Il. P. v. 277. dicitur, etiam Trojanos cadaver traxiſſe

Τρῶες —— νέκυν ἐρύοντο

& v. 394.

Οἵγ' ἔνθα καὶ ἔνθα νέκυν ὀλίγῃ ἐνὶ χώρῃ
Εἵλκεον ἀμφότεροι.

*Hi huc & illuc cadaver parvo in ſpatio*
*Trahebant utriq;.*

29. Patrocli cadaver in castra revectum. Cùm diu multumque circa Patrocli cadaver depugnatum eſſet, tandem Ajax

ἀγακλεὲς ὦ Μενέλαε
—σὺ μὲν καὶ Μηριόνης ὑποδύντε μάλ' ὦκα,
Νεκρὸν ἀείραντες φέρετ' ἐκ πόνου.

*Inclyte o Menelae,*
*Tu quidem & Meriones ſubeuntes valde citò*
*Cadaver ſublatum ferte è prælio.*

Id quod & feciſſe ex ſequentibus noſcuntur:

Οἱ δ' ἄρα νεκρὸν ἀπὸ χθονὸς ἀγκάζοντο
ὕψι μάλα μεγάλως.

*Hi verò cadaver à Terra ulnis extulerunt*
*Altè admodùm valdè.*

& iterum v. 735.

Οἵγ' ἐμμεμαῶτε νέκυν φέρον ἐκ πολέμοιο
Νῆας ἐπὶ γλαφυράς.

*Hi*

*Hi alacres cadaver extulerunt è bello*
*Naves ad concavas.*

Quibus ex verbis indubiè conficitur, qui in Tabula mortuum tollunt, Menelaum & Merionem eſſe, eò ab Homero diſtantes, quod mortuum currui imponunt, id quod Poeta non memorat.

30. Circa Patrocli cadaver luctus. Patrocli cadaver non ſine periculo retulerunt Achivi: Imò ne vindicaſſent quidem, niſi Achilles Trojanos vel ſolo conſpectu & clamore ſuô rejeciſſet. Eô factò, Il. v. 231. ſeqq.

Ἀχαιοὶ
Ἀσπασίως Πάτροκλον ὑπ' ἐκ βελέων ἐρύσαντες
Κάτθεσαν ἐν λεχέεσσι. φίλοι δ' ἀμφέσταν ἑταῖροι
Μυρόμενοι. μετὰ δέσφι ποδώκης εἵπετ' Ἀχιλλεύς,
Δάκρυα θερμὰ χέων. ἐπεὶ εἴσιδε πιστὸν ἑταῖρον
Κείμενον ἐν φερέτρῳ, δεδαϊγμένον ὀξέϊ χαλκῷ.

*Achivi*
*Alacriter Patroclum è jaculis ſubtrahentes*
*Collocarunt in lectis, chari autem circumſtabant ſocii*
*Lugentes. Cum ipſis autem velocipes ſequebatur Achilles*
*Lacrymas calidas fundens, poſtquam vidit fidum ſocium*
*Jacentem in feretro, perfoſſum acuto ære.*

Lectum ſive feretrum, eique adſtantem & plangentem Achillem, cernimus & in propoſito ſegmento, cui tamen magis adhuc quadrare videntur ſequentia. Il. Σ. v. 314.

Ἀχαιοὶ
Παννύχιοι Πάτροκλον ἀνεστενάχοντο γοῶντες.
Τοῖσι δὲ Πηλείδης ἁδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο,
Χεῖρας ἐπ' ἀνδροφόνους θέμενος στήθεσσιν ἑταίρου,
Πυκνὰ μάλα στενάχων.

*Achivi*
*Tota nocte circa Patroclum ſuſpirabant lugentes.*
*His autem Pelides miſerandum incepit luctum,*
*Manus homicidas imponens pectoribus ſocii.*
*Crebrò admodum ſuſpirans.*

Sed de Achille conſtat. Non item de reliquis quæ affinguntur Perſonis; Has enim Poeta communi nomine *Achivos* vocat. Aſſidentem tamen ſenem, eſſe *Phœnicem*, conjicit Fabrettus: uti duas mulieres *Iphidem* è Scyro & *Diomedam*

C 2 Phor-

Phorbantis Filiam, Lesbiam: Quarum illa Patroclum, hæc autem, Briſeide nondum redditâ, Achillem oblectaverit. Hinc Poeta Il. Σ. v. 28.

*Δμωαὶ δ' ἃς Ἀχιλεὺς ληΐσσατο Πάτροκλός τε,*
*Θυμὸν ἀκηχέμεναι μεγάλ' ἴαχον. ἐκ δὲ θύραζε*
*Ἔδραμον ἀμφ' Ἀχιλῆα δαΐφρονα. χερσὶ δὲ πᾶσαι*
*Στήθεα πεπλήγοντο. λύθεν δ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστης.*
*Ancillæ autem, quas Achilles prædatus erat, Patroclusq;,*
*Animo afflictæ vehementer ejulabant, & foras*
*Excurrerunt circa Achillem bellicoſum. Palmis verò omnes*
*Pectora plangebant, ſoluta ſunt autem ſubtus membra cujusq;.*

Quanquam autem prior in tabula θέτις ſubſcribatur, id tamen falſum eſſe obſervat Fabrettus, eò quòd Thetis jam ad Vulcanum abierat, antequam Patrocli corpus in Hectoris conſpectum pervenire. Res ex Homero Il. Σ. patet; Verſu enim 138. ad Vulcanum narratur abiiſſe Thetis: Et v. 232. demum Patroclus à jaculis ſubtractus in lecto collocatur: Lugeturque ab Achille & Achivis v. 314. Isque luctus, ut jam ſupra eſt dictum, in Tabula delineatur, Patrocli cadavere nondum vel lotô vel unctò, contra Fabretti ſententiam: Id quod inde patet, quòd cadaver adhuc nudum viſitur, quòdque Achilles, poſtquam cum Achivis planxiſſet, tunc demum corpus lavandum & ungendum præcepit v. 343.

*ὣς εἰπὼν, ἑτάροισιν ἐκέκλετο δῖος Ἀχιλλεὺς,*
*Ἀμφὶ πυρὶ στῆσαι τρίποδα μέγαν, ὄφρα τάχιστα*
*Πάτροκλον λούσειαν ἀπὸ βρότον αἱματόεντα.*
*Sic fatus ſociis juſſit divinus Achilles*
*Ad ignem ſtatuere Tripodem magnum, ut celerrimè*
*A Patroclo abluerent ſaniem cruentam.*
*Καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε, καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ*
*Ἐν δ' ὠτειλὰς πλῆσαν ἀλείφατος ἐννεώροιο.*
*Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες, ἑανῷ λιτὶ κάλυψεν*
*Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. καθύπερθε δὲ, φάρεϊ λευκῷ.*
*Et hinc quidem lavarunt & unxerunt pingui oleo:*
*Vulnera autem impleverunt unguento novennali.*
*In lecto verò componentes linteo ſubtili texerunt*
*Ad pedes à Capite, deſuper autem veſte alba.*

Hæc ſi probè intuearis, fortaſſe nec eum, qui Patroclo aſſidet, Phœnicem, ſed Pollinctorem arbitraberis, opinione vel ideò non adeò infirmâ, quòd manus non in luctum componit, ſed tegendo cadaveri, Linteò admovet.

31. THE-

31. THETIS ACHILLI ARMA à VULCANO IMPETRANS. Ὁπλοποιΐα *Armorum conſtructio*, hòc ſegmentô delineatur, non qualiter Homero, ſed qualiter Virgilio deſcribitur. Apud Homerum Thetis memoratur veniſſe, non ad officinam in Lemno, ſed ad domum Vulcani ſtellatam Il. Σ. v. 369. in Olympo v. 615. ibiq; in Throno ſediſſe Lucido v. 422. Vulcanus autem ex officinâ evocatus, cùm ei collocutus fuiſſet, eâ relicta ad folles rediiſſe v. 468. Ibique v. 476.

γέντο δὲ χειρὶ
Ῥαιστῆρα κρατερὸν, ἑτέρηφι δὲ γέντο πυράγρην,
Ποίει δὲ πρώτιστα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
*accepit autem manu*
*Malleum gravem: alterâ verò accepit forcipem,*
*Fecit autem primùm Clypeum magnumq; firmumq; &c.*

Qui pluribus ibidem usque ad v. 607. deſcribitur:

Αὐταρ ἐπειδὴ τεῦξε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
Τεῦξ' ἄρα οἱ θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς,
Τεῦξε δέ οἱ κόρυθα βριαρὴν κροτάφοις ἀραρυῖαν,
Καλὴν δαιδαλέην. ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε.
Τεῦξε δὲ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο.
*At poſtquam fabricavit SCUTUM magnum ſolidumq;,*
*Fecit ei THORACEM ſplendidiorem ignis fulgore,*
*Fecit etiam ei GALEAM fortem temporibus aptatam*
*Pulchram, variegatam, ſupraq; auream criſtam poſuit.*
*Fecit etiam OCREAS ex ductili ſtanno.*


Et hæc omnia ſolus, absque Cyclopum auxilio, qui aliis Poëtis Vulcani miniſtri audiunt, ideoque etiam in ſegmento noſtro Vulcano adduntur. Virgilius de Vulcano clypeum Æneæ fabricante:

*Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro*
*Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyracmon.*
*Ocyus incubuére omnes, pariterq; laborem*
*Sortiti* ——
*Ingentem clypeum informant* —
*Illi inter ſeſe multa vi brachia tollunt*
*In numerum, verſantq; tenaci forcipe maſſam.*

Quæ utique cum ſegmento noſtro ad unguem conveniunt, in quo aliâs & illud ab Homero diverſum eſt, quòd Thetis non Throno inſidet, ſed fabricantibus adſtat, eôdem modô, quô & Venus in Gemma Theſ. Palatini, & Pallas in nummo


 Thya-

Thyatirenorum, gloriæ Commodi percuſſo, apud Triſtanum. Imò & in ſequenti MSCti Phighiani marmore,



me quidem judice non tam, quòd artium præſes, ſed quòd præſes belli, cujus numen quidni Vulcano arma bellica fabricanti adſtet, armorumque validitatem dijudicet?

32. ACHILLES ACCEPTA à THETIDE ARMA INDUIT. Memorandum Numiſma, inter Gemmas Stephanonii, de cujus antiquitate licet dubitet Fabrettus, hîc tamen ut intueamur quid prohibet?




ab uno latere Achillis caput, ab altero Thetidem cum armis exhibet, ad mentem Homeri Il. Σ. v. 613. ſeqq. Αὐτὰρ

*Αὐτὰρ ἐπεὶ πάνθ' ὅπλα κάμε κλυτὸς Ἀμφιγυήεις*
*Μητρὸς Ἀχιλλῆος θῆκε προπάροιθεν ἀείρας.*
*At poſtquam omnia arma elaboravit inclytus Vulcanus,*
*Coram matre Achillis poſuit attollens.*

Quibus illa acceptis, ad naves Græcorum regreſſa eſt, &

*Τεύχε' ἔθηκε*
*Πρόσθεν Ἀχιλλῆος*
*Arma poſuit*
*Ante Achillem.*

Propoſitum ſegmentum, ſi ſubſcriptioni credas, & Thetidem adumbrat, armis traditis cum Achille colloquentem, & Achillem ipſum arma, ſibi allata induentem; Cùm autem, quod notandum, armis receptis Achilles Thetidem reliquiſſe, Il. T. v. 39. indeque Græcos in concionem vocaſſe, ab Agamemnone concordià reſtitutâ Briſeidem & dona recepiſſe, & tunc demum à Minerva Nectare & Ambroſia refocillatus ſe armaſſe memoretur, haud forſitan abs re, non Thetidem hîc, ſed Minervam & Briſeidem agnoveris: Idque eò juſtius, quò apertius eſt, ſimile peccatum, ſubſcriptis in nominibus etiam alibi occurrere, ut in pugna Ajacis cum Archelocho, ubi Λόκρος memoratur, cùm tamen Telamonium Hiſtoria ſiſtat, niſi fortè in propoſita Minervam & Thetidem præferas. Quicquid ſit, Achillem ſe armare, non tantùm ex Galeà jam capiti impoſità, ſed etiam inde patet, quòd dextrô pede in ſublimi politô ocreas induere videatur; Sed res ex ſequenti Gemma clarior eſt.



In quâ & Thoracem trunco impoſitum, & clypeum ante pedes jacentem cernimus, ſecus ac in noſtro ſegmento; In eò enim mulier clypeum tenet, quam fortaſſe Diomedam Phorbantis filiam credas, quæ ut ſuprà dictum, per abſentiam Briſeidis Achillem oblectavit: Quanquam, quod iterum notandum, etiam

in

in his ſegmentum noſtrum ab Homero abeat. Hôc enim canente, non inter mulieres, ſed Il. T. v. 364.

Ἀνδρῶν ἐν δὲ μέσσοισι κορύσσετο δῖος Ἀχιλλεύς.
*Virorum in mediis armabatur Divus Achilles.*

Imò nec Galeam primò, ſed ultimo ſibi impoſuit, poſtquam jam Ocreas & Thoracem induiſſet, Clypeumque ſumſiſſet Il. T. v. 369. ſeqq.

Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμησιν ἔθηκε.
Δεύτερον αὖ, θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν.
Ἀμφὶ δ' ἄρ ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον,
χάλκεον. αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
Εἵλετο —— περὶ δὲ τρυφάλειαν ἀείρας
Κρατὶ θέτο βριαρήν.
*OCREAS quidem primùm circa tibias poſuit.*
*Secundò rurſus THORACEM circa pectora induit.*
*Circum verò humeros poſuit ENSEM argenteis clavis diſtinctum,*
*Æreum. At deinde CLYPEUM magnum firmumq;*
*Cepit —— CASSIDEM vero tollens*
*Capiti impoſuit gravem.*

33. ACHILLES IN PRÆLIUM REVERSURUS. Hoc in ſegmento Achilles currum conſcenſurus, & Automedon ejus auriga equos impellens, certi ſunt: Qui verò retro Achillem *Phœnix* ſubſcribitur, dubitari poteſt, annon Alcimus ſit, qui cum Antomedonte equos junxiſſe, Homero memoratur, licet poſtea Automedon ſolus iis inſilierit, & poſt eum Achilles currum conſcenderit. Il. T. v. 392. ſeqq.

Ἵππους δ' Αὐτομέδων τε καὶ Ἄλκιμος ἀμφιέποντες
Ζεύγνυσαν, ἀμφὶ δὲ καλὰ λέπαδν' ἔσαν. ἐν δὲ χαλινοὺς
Γαμφηλῇς ἔβαλον, κατὰ δ' ἡνία τεῖναν ὀπίσω
Κολλητὸν ποτὶ δίφρον. ὁ δ' ἄρ' μάστιγα φαεινὴν
Χειρὶ λαβὼν ἀραρυῖαν, ἐφ' ἵπποισιν ἀνόρουσεν
Αὐτομέδων, ὄπιθεν δὲ κορυσσάμενος βῆ Ἀχιλλεύς.
*Equos autem Automedonq; & Alcimus curantes*
*Jungebant, pulchrasq; antilenas induerunt: in autem frena*
*Faucibus jecerunt, & habenas extenderunt retrò*
*Compactum ad currum. Hic verò ſcuticam lucidam*
*Manu prehendens habilem, in equos inſiluit*
*Automedon: Retrò verò armatus inſcendit Achilles.*

Sed,

Sed, ut verum fatear, & Phœnix locum meretur, ſive ut Achillis Pater, ut eum vocat Achilles ipſe Il. I. v. 603. quôd ſcilicet Peleus eum cum Achille miſiſſet, Il. I. v. 437. Sive ut Græcos referens, quorum ad Achillem inter cæteros etiam Legatus fuerat; An autem Galeam præferat, ut Fabrettus ait, de eô equidem dubitem, cùm Galeam utique Achilles jam capite induerit. Quidni potius in prælium pergenti ideò adeſſe credatur

> γέρων ἱππηλάτα Φοῖνιξ
>
> *Senex Equitator Phœnix,*

Ut monitis eum inſtruat? aut cibo reficiat, ad quos ſumendos jam ante invitaverat Achillem? Ultimam figuram Fabrettus Minervam eſſe arbitratur; Cùm autem Minerva Achillem, ut ſuprà vidimus, antequam armaretur, Ambroſiâ & nectare reſperſerit, apertum utique eſt, locum ei poſt Achillem bigis jam inſiſtentem non eſſe. Mihi Juno creditur, quæ Xanthum Achillis eqvum, inſiſtente jam bigis Achille, dicitur vocalem feciſſe, Il. Τ. 404. ſeqq.

> Τὸν δ' ἄρ' ὑπὸ ζυγόφιν προσέφη πόδας αἰόλος ἵππος
> Ξάνθος. — — —
> Αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.
> *Hunc autem à jugo allocutus eſt pedibus celer eqvus*
> *Xanthus.* — — —
> *Vocalem autem eum fecit Dea albiulna Juno.*

34. Neptunus Æneam pugnæ eripiens. Jupiter convocatô Deorum conciliô liberum pronunciaverat opitulari, utri quisque vellet. Inde Apollo Æneam contra Achillem memoratur excitâſſe, qui congreſſus ne periret, ope Neptuni effectum eſt. Il. Υ. v. 318 ſeqq.

> Ποσειδάων ἐνοσίχθων
> Ἶξε δ' ὅθ' Αἰνείας ἠδ' ὁ κλυτὸς ἦεν Ἀχιλλεύς.
> Αὐτίκα τῷ μὲν ἔπειτα κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλὺν
> Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ. — —
> Αἰνείαν δ' ἐπέσευεν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρας.
> Πολλὰς δὲ στίχας ἡρώων, πολλὰς δὲ καὶ ἵππων
> Αἰνείας ὑπεράλτο, θεοῦ ἀπὸ χειρὸς ὀρούσας.
> *Nuptunus quaſſator Terræ*
> *Pervenit, ubi Æneas & inclytus erat Achilles:*
> *Confeſtim verò huic quidem deinde ob oculos fudit caliginem*
> *Pelidæ Achilei.* — —
> *Æneam autem agilem reddidit, à terra in altum tollens.*

*Multos autem ordines Heroum, multosq; etiam Equorum*
*Æneas ſuperſiliebat, Dei à manu actus;*

Sed idem etiam Neptunus Veneri commemorat apud Virgilium: Æn. V. v. 808.

*Pelidæ tunc ego forti*
*Congreſſum Æneam, nec Diis nec viribus æquis,*
*Nube cavâ eripui, cuperem cùm vertere ab imo*
*Structa meis manibus perjuræ mœnia Trojæ.*

In ſegmento noſtro, licet Neptunus inſignibus careat, noſcitur tamen ex trahentis habitu, ut nomen ſubſcriptum taceam. Ita nec illud miraberis, qui Neptunus, Græcorum aliâs adjutor, hic Æneæ Trojano faveat. Cauſam aperit Neptunus ipſe Il. Y. v. 296. ſeqq.

Τίη νῦν οὗτος ἀναίτιος ἄλγεα πάσχει,
Μὰψ, ἕνεκ' ἀλλοτρίων ἀχέων, κεχαρισμένα δ' αἰεὶ
Δῶρα Θεοῖσι δίδωσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν;
————μόρσιμον δέ οἱ ἐς ἀλέασθαι,
Ὄφρα μὴ ἄσπερμος γενεὴ καὶ ἄφαντος ὄληται
Δαρδάνου ——
Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

*Cur hic nunc innocens dolores patitur*
*Fruſtra, ob alienas miſerias? grata autem ſemper*
*Munera Diis exhibet, qui cœlum latum habitant.*
*——— fatale autem ei eſt evitare,*
*Ut ne ſine ſemine genus & prorſus exſtinctum pereat*
*Dardani — —*
*Nunc autem jam Æneæ vis Trojanis imperabit,*
*Et filii filiorum, & qui quidem impoſterum nati fuerint.*

35. ACHILLES IPHITIONEM DEMOLENTEM ET HIPPODAMANTEM PERCUTIENS. Achilles nebulà ab oculis detersâ, cùm Æneam evaſiſſe videret, indignabundus in alios impetum vertit. Il. Y. v. 382.

Πρῶτον δ' ἕλεν Ἰφιτίωνα
Ἐσθλὸν Ὀτρυντεΐδην, πολέων ἡγήτορα λαῶν,
Ὃν Νύμφη τέκε Νηῒς Ὀτρυντῆϊ πτολιπόρθῳ,
Τμώλῳ ὑπὸ νιφόεντι, Ἴδης ἐν πίονι δήμῳ.
Τὸν ῥ' ἰθὺς μεμαῶτα βάλ' ἔγχεϊ δῖος Ἀχιλλεύς.

Primum

*Primum autem interfecit IPHITIONA,*
*Strenuum Otryntidem, multorum ductorum Populorum,*
*Quem Nympha peperit Nais Otrynteo urbium everſori,*
*Tmolo ſub nivoſo, Idæ in opulento populo.*
*Hunc quaſi recta ruentem percuſſit haſtâ divus Achilles.*

Quibus verbis nixi, *Iphitionem* eum ſtatuimus eſſe, qui rectus ante Achillem in ſegmento ſtat, uti *Demoleontem* eum, qui ordine tertius, in Achillem ordine quartum irruit; *Hippodamantem* autem eum, qui ordine quintus, quaſi fugiens ab Achille conficitur. Faciunt hùc illa Homeri, Il. Y. v. 395. ſeqq.

Ὁ δ' ἐπ' αὐτῷ Δημολέοντα,
Ἐσθλὸν ἀλεξητῆρα μάχης, Ἀντήνορος υἱὸν,
Νύξε κατὰ κρόταφον — δάμασε δὲ μιν μεμαῶτα.
Ἱπποδάμαντα δ' ἔπειτα καὶ ἵππων ἀΐσσοντα,
Πρόσθεν ἕθεν φεύγοντα, μετάφρενον οὖτασε δουρί.

*Hic verò poſt hunc, DEMOLEONTEM*
*Strenuum averſorem pugnæ, Antenoris filium,*
*Pupugit in tempus — interfecit verò ipſum ruentem.*
*HIPPODAMANTEM verò deinde ab equis deſilientem,*
*Ante ſe fugientem, in dorſa vulneravit haſtâ.*

Quæ utique ad Tabulam apertè faciunt, cùm & in hâc Hippodamas fugienti ſimilis, tergum vertat; Neque enim Polydorum hunc arbitraberis, cùm eum Achilles non in fuga pugnantem, ut hîc viſitur, utpote cum clypeo; ſed prætercurrentem percuſſiſſe memoretur.

Τὸν δ' οὔτι πατὴρ εἴασκε μάχεσθαι
*Hunc autem neutiquam pater ſinebat pugnare.*

inquit Poeta de Polydoro Il. Y. v. 408. & paulò poſt:

Τὸν βάλε μέσσον ἄκοντι ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
Νῶτα παραΐσσοντος.
*Hunc percuſſit medium jaculo velocipes Divus Achilles*
*In tergum, dum prætercurreret.*

35. Apollo Hectorem periculo subducens. Morte Polydori commotus Hector, contra Achillem proceſſit, ſed impari virtute, impari fortunâ; Achilles enim auxiliô Minervæ evitatâ ejus haſtâ irruit & eum occidiſſet, niſi Apollo offusà nebulâ eum ſurripuiſſet.

Τὸν δ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων
Ῥεῖα μάλ' ὥστε θεὸς, ἐκάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ

*Illum verò eripuit Apollo*
*Facilè admodum, utpote Deus, operuitq́ nebulâ multâ.*

Hæc cùm ita ſint, duas in ſegmento noſtro figuras *Hectorem* & *Apollinem* crediderim, ideò potiſſimum, quòd ſe invicem amplexantes, amicitiæ potius quâm hoſtilitatis indicium præbeant. Achillem certè & Hectorem cum Fabretto hos ſtatuere non auſim, cum hi hoſtiliter concurriſſe memorentur: Non auſim alios, quos magno numero ab Achille interfectos, Homerus in ſequentibus memorat, niſi fortè aliquem Achilli ſupplicem, qualis Alaſtorides v. 463 quanquam & hi genua tangere ſolebant id quod hic non fit. Ne autem mireris, nullum Apollinis inſigne in ſegmento conſpici, memineris Deos humanâ ſpecie, hoc in Dramate non ſemel introduci, ùt Apollinem hunc ipſum Il. Φ. v. 600.

37. ACHILLEM, à SCAMANDRO CADAVERIBUS OBRUTUM, CONFIRMANS NEPTUNUS. Hectore ſubductò Achilles non terrâ tantùm ſed & per Xanthi fluenta cædibus graſſabatur, tantô ſucceſſu, ut non tantum aqua ſanguine tabeſceret. Il. Φ. v. 21. Sed & cadaveribus repleretur, v. 217. Conqueſtus ea de re fingitur Xanthus, & cum nihil verbis proficeret, tandem & cadavera impuliſſe.

Πάντα δ' ὄρινε ῥέεθρα κυκώμενος, ὦσε δὲ νεκρὺς
Πολλὺς, οἵ ῥα κατ' αὐτὸν ἅλις ἔσαν, ὓς κτάν' Ἀχιλλεύς.
*Omnia autem movit fluenta turbatus, impulit autem cadavera*
*Multa quæ in ipſo abundè erant, quæ confecerat Achilles.*

Rem graphicè adumbrat hoc ſegmentum. Xanthus ſive quod idem eſt, Scamander, ſecundum Il. Y. v. 74.

Ὃν Ξάνθον καλέουσι Θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον
*Quem Xanthum vocant Dii, homines autem Scamandrum.*

Xanthus, inquam, velo divinitatis ornatus, unde δῖος Σκάμανδρος Il. M. v. 21. vocatur, hìc manibus cadaver tollit, jaculaturo ſimilis. In Achillem autem ea jaculatum, proſtratus in ſequentibus Heros evincit: Evincit & Il. Φ. v. 248.

οὐδέ τ' ἔληγε μέγας Θεὸς, ὦρτο δ' ἐπ' αὐτὸν
Ἀκροκελαινιόων, ἵνα μιν παύσειε πόνοιο
Δῖον Ἀχιλῆα.
*Neq; ceſſavit magnus Deus. Motus eſt autem in ipſum*
*In ſummo nigricans, ut ipſum cobiberet à bello*
*Durum Achillem.*

& v. 263.

αἰεὶ

*αἰεὶ Ἀχιλῆα κιχήσατο κῦμα ῥόοιο*
*Semper Achillem urgebat unda fluens.*

tandemque v. 270.

*Ποταμὸς δ' ὑπὸ γοῦναθ' ἐδάμνα*
*Λάβρος, ὕπαιθα ῥέων, κονίην δ' ὑπέρεπτε ποδοῖιν.*
*Πηλείδης δ' ᾤμωξεν ἰδὼν, ἐς οὐρανὸν εὐρύν.*
*Fluvius autem ſubtùs genua debilitabat,*
*Vehemens obliquè fluens, pulverem autem ſubtrahebat pedibus.*
*Pelides autem ejulavit, intuitus in cœlum latum.*

Quibus ex verbis & apertum eſt, non fruſtrà Achillem hoc in ſegmento humi ſedere, collapſum videlicet pedum inſtabilitate Il. Φ. v. 241. quem tamen porrectâ dextrâ confirmavit Neptunus, ſecundum Il. Φ. v. 284. ſeqq.

*Τῷ δὲ μάλ' ὦκα Ποσειδάων καὶ Ἀθήνη*
*Στήτην ἐγγὺς ἰόντε, δέμας δ' ἄνδρεσσιν ἐΐκτην,*
*χειρὶ δὲ χεῖρα λαβόντες ἐπιστώσαντ' ἐπέεσσι.*
*Hunc autem valdè citò Neptunus & Minerva*
*Steterunt prope accedentes. Forma autem hominibus ſimiles facti erant,*
*MANUq; manum COMPREHENDENTES confirmârunt verbis.*

Solus autem hîc Neptunus expreſſus videtur, quòd ut v. 287. dicitur

*Μύθων ἦρχε Ποσειδάων ἐνοσίχθων*
*Sermones orſus eſt Neptunus terræ quaſſator.*

38. ACHILLEM FUGIENTES TROJANI. Confirmatus à Neptuno Achilles, Trojanos rurſus aggreſſus eſt, fugientesque inde in urbem compulit, id quod propoſito in ſegmento facit; Fugiunt enim Phryges, eosque ad portas urbis usque perſequitur Achilles. Rem graphicè edocet Homerus, apud quem Priamus ad portarum cuſtodes Il. Φ. v. 531.

*Πεπταμένας ἐν χερσὶ πύλας ἔχετ', εἰσόκε λαοὶ*
*Ἔλθωσι προτὶ ἄστυ πεφυζότες. ἦ γὰρ Ἀχιλλεὺς*
*Ἐγγὺς ὅδε κλονέων.*
*Apertas in manibus portas tenete, dum copiæ*
*Venerint ad urbem in fugam actæ; certè enim Achilles*
*Propè iſte perturbans adeſt.*

& pauló poſt Poeta v. 540.

*Οἱ δ' ἰθὺς πόλιος καὶ τείχεος ὑψηλοῖο,*
*Δίψῃ καρχαλέοι κεκονιμένοι ἐκ πεδίοιο*
*Φεῦγον. Ὁ δὲ σφεδανὸν ἔφεπ' ἔγχει.*

*Hi verò rectà ad civitatem & murum altum*
*Siti aridi ,pulverulenti ex campo*
*Fugiebant ; Hic verò acriter inſequebatur.*

39. Achillis cum Hectore Pugna. Achilli , ut Trojam , fugientibus Trojanis caperet, Apollo obſtitit, ſub Agenoris ſimulacro ei contrarius. Ab hoc digreſſus Achilles, Hectorem ante portas Scæas offendit. Il X. v. 5.

Ἕκτορα δ' αὐτοῦ μεῖναι ὀλοὴ μοῖρ' ἐπέδησεν
Ἰλίου προπάροιθε, πυλάων τε Σκαιάων.
*Hectorem verò ibi manere exitioſum fatum coegit*
*Ilium ante Portasq; Scæas.*

Et v. 131. ſeq.

ὁ δέ οἱ σχεδὸν ἦλθεν Ἀχιλλεύς,
Σείων Πηλιάδα μελίην κατὰ δέξιον ὦμον.
*At ei cominus venit Achilles,*
*Vibrans Peliam haſtam ad dextrum humerum.*

Visô Achille , Hectorem timor corripuit ; ſalutem igitur pedibus commiſit, Achilleque inſequente ter Priami civitatem circumactus eſt, Il. X. v. 165. donec ad fontes Xanthi reducem , ut conſiſteret, prælium que conſereret , ſub habitu Deiphobi Minerva monuit. Congreſſi igitur ſunt, primusque haſtam vibravit Achilles, quem evitavit Hector , Minerva autem Achilli reddidit v. 273. ſeqq. Inde Hector ſuam emiſit, ſcutumque Achillis percuſſit, à quô tamen haſta detorta eſt, nec ad Hectorem rediit : Cùmque nec Deiphobus amplius appareret, gladiô ſe defenſurum Achilles denuò percuſſit, & ita actâ per collum haſtâ, moribundum in pulverem proſtravit. Res ex propoſitis abunde patet. Scamander fluvius in primo viſitur : Viſitur Porta Scæa : Viſuntur Achilles & Hector, prælio congreſſi, & jacens ad pedes mortuus, ut in campo cadaveribus repleto, rem geſtam intelligas. De Scamandro, qui hîc ut fluvius Phrygiæ, pileo inſignitur, ſunt verba Il. X. v. 147. ſeqq.

Κρουνὼ δ' ἵκανον καλλιρρόω, ἔνθα δὲ πηγαὶ
Δοιαὶ ἀναΐσσουσι Σκαμάνδρου δινήεντος.
*Ad fluentum autem venerunt pulchrifluum , ubi fontes*
*Duo ſcaturiunt Scamandri vorticoſi.*

De Porta Scæa jam dictum. De prælio audi v. 272. ſeq. ubi de Achille & v. 289. ubi de Hectore iisdem planè verbis.

Ἦ ῥα, καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος
*Dixit, & vibrans projecit longam haſtam.*

Tan-

Tandem de ictu mortifero v. 326.

Τῇ ῥ' ἐπὶ οἱ μεμαὼς ἔλασ' ἔγχεϊ δῖος Ἀχιλλεύς.
Ἀντικρὺ δ' ἁπαλοῖο δι' αὐχένος ἤλυθ' ἀκωκή.
*Ea partem ipſum* (Hectorem) *ruens feriit haſta divus Achilles.*
*Penitus autem teneram per cervicem venit cuſpis.*

40. Hectoris Interitus. Acceptô lethali ictu Hector v. 336.
Ἤριπε δ' ἐν κονίῃσ', ὁ δ' ἐπεύξατο δῖος Ἀχιλλεύς.
*Cecidit in pulveribus, at gloriatus eſt divus Achilles.*

Utrumque hoc in ſegmento cernimus. Stans cum haſta & Clypeo Cl. Fabretto Hector ante portam Scæam conſiſtens, uti ſupra audivimus; mihi autem Achilles videtur, Hectoris cæde exultans. Inclinatum autem cum Clypeo, quem Fabrettus & ſubſcriptio Achillem determinant, Hectorem acceptô vulnere corruentem dixerim. Sequitur inde Hector ab Achille armis ſpoliatus, id enim vult Achilles procumbenti galeam detracturus v. 368.

ἀπ' ὤμων τεύχε' ἐσύλα
αἱματόεντ' —— *ab humeris arma ſpoliavit*
*Cruenta.*

Notandum autem, Hectorem hic cum arcu in ſiniſtra pingi, id quod meæ de gemma ſequenti




opinioni favet, quâ Hectorem, ſecundum Pauſaniam, fatum & juventutem ſuam apud inferos lugentem exhiberi, in obſervationibus meis ad Gemmas quasdam Gorlæi conjecturavi, eò tantùm dubius, quòd arcus & Pharetra ei jungantur, cùm tamen haſtà eum pugnaſſe, ex Homero conſtet. Scilicet ſi ſegmento noſtrò fides, amiſsâ haſtâ non gladium tantùm ſtrinxiſſe, ut Homerus habet v. 306 ſed & arcu & ſagittis vitam defendiſſe credideris; Quid aliud enim arcus in manu defuncti?

41. Acı L-

41. ACHILLES HECTOREM TRAHENS. Armis Hectorem cùm ſpoliaſſet Achilles, Il. X. v. 396.

Αμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε
Ες σφυρὸν ἐκ πτέρνης, βοέους δ' ἐξῆπτεν ἱμάντας,
Εκ δίφροιο δ' ἔδησε. κάρη δ' ἕλκεσθαι ἔασεν.
Ες δίφρον δ' ἀναβὰς ἀνά τε κλυτὰ τεύχ' ἀείρας,
Μάστιξέν ῥ' ἐλάαν, τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην.
Τοῦ δ' ἦν ἑλκομένοιο κονίσσαλος. ἀμφὶ δὲ χαῖται
Κυάνεαι πίμπλαντο, κάρη δ' ἄπαν ἐν κονίῃσι
Κεῖτο, πάρος χαρίεν.

*Amborum pone pedum perforavit nervos*
*Ad talum usq; à calcaneo, bovinaq; appendit lora,*
*Ex curru autem ligavit, caputq; trahi ſivit:*
*In currum autem aſcendens, ſupraq; inclyta arma elevans*
*Flagellabat ut impelleret. Hi autem non inviti volabant.*
*Is cum traheretur, oriebatur turbo pulveris, circumq; capilli*
*Flavi implebantur, caputq; totum in pulveribus*
*Jacebat, olim gratioſum.*

Hæc Homerus: Et ad ſegmentum Tabulæ Iliacæ, quam appoſitè? cum Achilles in eô, curru conſcensô, alligatôque pedibus cadavere, tantùm caput extra currum in pulvere raptet, prout & in Lucerna Elect. Brandenburgica: Secus ac in Marmore Aracælitano, in quo totum cadaver extra currum propendet, & in pulvere trahitur. Cæterùm, cùm Homerô teſte, Achilles ipſe currum agat, veriſimiliter Fabrettus Automedontem eum arbitratur, qui in ſegmento Tabulæ pedes currum ſequitur; quanquam & Argivorum quidam eſſe poſſit, quos alloquitur Achilles v. 391, Sed & illud cum Fabretto notandum, ſegmentum Tabulæ Iliacæ, etiam in hoc cum Homero concordare, quòd Murorum Iliacorum, quæ in Marmore Aracælitano & Lucerna El. Br. viſuntur, nullam omninò mentionem facit. Homerus enim non circa muros, ſed ad naves Achivorum v. 391. & inde poſt Patrocli exequias, circa ejus ſepulcrum, Hectorem raptatum cecinit. Il. Ω. v 15. id quod in Marmore Aracælitano & Lucerna Br. aliter ſe habet; apertè enim Mœnia Trojæ in his & proſpiciens ex iis Priamus viſuntur, idque ſi non ad mentem Homeri, tamen ad placitum Euripidis, apud quem Andromache:

Καὶ

*Καὶ τ᾽ ἐμὸν μελέας πόσιν Ἕκτορα, τ᾽ περὶ τεῖχη*
*Εἵλκισε διφρεύων παῖς ἁλίας Θέτιδος.*
*Et meum miſeræ maritum Hectorem, quem circa murum*
*Aurigans traxit filius Marinæ Thetidis.*

Id quod & Quintus Smyrnæus Lib. XIV. v. 132. Hyginus Fab. CVI. Imò & Virgilius Lib. 1. Æn. v. 487. memorant:

*Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.*

Ego, ſi fari licet, quod ſentio, *bis* Achillem Hectorem raptaſſe crediderim, *ſemel* circa muros Iliacos, antequam ad naves reverteretur, ad mentem Euripidis & aliorum: & *iterum* circa Patrocli ſepulchrum, ad mentem Homeri: Quanquam Homerus nec priorem raptationem videatur præteriiſſe. Ideò enim Il. X. v. 381. ad Achivos ita infit:

Εἰ δ᾽ ἄγετ᾽ ἀμφὶ πόλιν σὺν τεύχεσι πειρηθῶμεν,
Ὄφρα κέτι γνῶμεν Τρώων νόον ὅντιν᾽ ἔχουσιν.
Η καταλείψουσιν πόλιν ἄκρην τοῦ δε πέσοντος,
Ηὲ μένειν μεμάασι καὶ Ἕκτορος οὐκ ἔτ᾽ ἐόντος.
*Eja agite circa civitatem cum armis experiamur,*
*Ut quid intelligamus Trojanorum mentem, quamnam habeant,*
*An deſerant urbem ſummam, hòc interemtò.*
*An manere velint etiam Hectore non amplius exiſtente.*

Ideò, dum Hector traheretur, etiam Matrem, canit, eum reſpexiſſe: indeq; & comas evulſiſſe, molleque abjeciſſe velamen: ploraſſe verò miſerè & Patrem, procul dubio quòd ex mœnibus raptatum ab Achille circa murum Hectorem proſpicerent, id quod marmor Aracælitanum & Lucerna adumbrant. Autor Tabulæ Iliacæ autem Muros Trojanos conſultò videtur omiſiſſe, ut ſcilicet eadem imago utrique raptationi accommodari poſſet.

42. PATROCLI JUSTA FUNEBRIA. Hectore devictô Achilles, id quod non ante ſe facturum Il. Σ. v. 333. ſeqq. juraverat, Patrocli juſta aggreſſus eſt. Il. Ψ. v. 134. ſeqq.

Ἐν δὲ μέσοισι φέρον Πάτροκλον ἑταῖροι.
Θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον, ἃς ἐπέβαλλον
Κειρόμενοι. ὄπιθεν δὲ κάρη ἔχε δῖος Ἀχιλλεύς.
Οἱ δ᾽ ὅτε χῶρον ἵκανον ὅθι σφίσι πέφραδ᾽ Ἀχιλλεὺς

Κάτθεσαν. αἶψα δὲ οἱ μενοεικέα νήεον ὕλην.
Ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς.
Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην
Τὴν ῥα Σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν.
*In mediis ferebant Patroclum ſocii,*
*Capillis autem totum mortuum tegebant, quos injiciebant*
*Tondentes· Pone autem caput tenebat Divus Achilles.*
*Hi verò quando ad locum pervenerunt, ubi ipſis indicaverat Achilles,*
*Depoſuerunt. Statimq́; ei ſufficientem accumularunt materiam.*
*Ibi rurſus alia cogitavit pedibus valens divus Achilles.*
*Stans ſeorſum à Pyra, flavam abſcidit comam,*
*Quam Sperchio fluvio nutriebat floreſcentem.*

Quibus ex verbis clarum eſt, (1) in ſegmento noſtro non magnam illam Pyram, centum quoquo verſus pedum, expreſſam eſſe, cujus v. 164. ſeqq. Poeta meminit; hæc enim poſtea demum exſtructa memoratur, cùm comam Achilles jam Patroclo dediſſet: Niſi fortè veriſimiliter eundem quidem rogum ſtatuas, ſed principio quidem paucis lignis conſtructum, poſtea autem lignorum aggeſtione, in magnitudinem centum pedum quoquo verſus extenſum, quod vel inde colligas, quòd funeratores illic manſiſſe, lignisque accumulatis Pyram illam magnam conſtruxiſſe dicantur, Il. Ψ. v. 163.

Κηδεμόνες δὲ παρ' αὖθι μένον, καὶ νήεον ὕλην.
Ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα.
Ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν ἀχνύμενοι κῆρ.
*Funeratores autem illic manebant & accumulabant ligna.*
*Fecerunt autem Pyram centum pedum quoquo verſus.*
*Inq́; Pyra ſuprema cadaver poſuerunt triſtes corde.*

Clarum eſt (2) id quod in ſegmento facit, abſciſſam ſibi comam Achillem Patroclo dediſſe Il. Ψ. v. 152.

Ἐν χερσὶ κόμην ἑταίροιο φίλοιο
θῆκεν. — *in manibus comam dilecti ſocii*
*poſuit.*

De quô more non minus ac eô, quô fluviis comam nutriebant, plura hôc locô Fabrettus congeſſit. Qui ſint, qui hinc inde adſtant, præterit Fabrettus, niſi quod eum, qui haſtâ inſtructus eſt, *Phœnicem* arbitratur, quem Achilles Il. Ψ. v. 360.

Σκοπὸν

*Σκοπὸν εἷσεν*
*ὡς μεμνέῳτο δρόμυς, καὶ ἀληθείην ἀποείποι.*
*ſpeculatorem conſtituit,*
*ut obſervaret curſum & veritatem referret.*

Quâ occaſione & officium *à cognitionibus* apud Romanos fuiſſe, probat. Et hæc quidem non abſurdè. Reliquarum autem figurarum altera, quæ Phœnici à tergo ſtat, & mortui pedes contingit, funerator videtur, cadaver componens; Ea autem, quæ à tergo Achillis ſtat, forſitan Agamemnon erit, cui ille adſtitiſſe v.155. memoratur

*Αχιλλεὺς αἶψ' Αγαμέμνονι εἶπε παραςάς.*
*Achilles protinus Agamemnoni dixit adſtans.*

Sed Achilles, rogô ſtructô, cadavereque impoſito, multas oves & boves mactavit, exceptôque adipe cadaver texit, à capite ad pedes, circumque excoriata corpora accumulavit, impoſuitque mellis & olei amphoras. Quatuor inde Equos pyræ injecit, duosque obtruncatos ex menſariis canes. Duodecim inſuper Trojanorum filios mactavit, ferrumque & ipſum in ignem projecit. Et ita lugens ventis ſupplicavit, ut ignem lentius ardentem flando ſuſcitarent: Votique inde compos, aureo ex cratere vinum humi fudit, animam Patrocli vocans: Tandem rogô emarceſcente, flammâque ceſſante, ignem Achivi extinxerunt nigro vino, cinereque decidente ſocium flentes, oſſa alba collegerunt in auream phialam, ponentesque in tentorio, ſubtili linteo operuerunt; Tandem deſignârunt ſepulcrum, fundamentaque jecerunt circa pyram, infuſaque terra Tumulum ſtruxerunt. Quæ omnia licet in ſegmento noſtro expreſſa non ſint, cùm tamen ab Homero pluribus memorentur, ſimulque morem cremandi mortuos vetuſtiſſimum, abundè doceant & demonſtrent, nec mihi prætereunda ſunt viſa, præſertim, cùm & viam ad certamen currule ſimul ſternant, quod in ſequenti ſegmento delineatur, latiusque & ipſum Homero canitur.

42. Ludi Funebres. Juſtis Patroclo, ut dictum, perſolutis Achilles certaminum præmia proferri juſſit, Il. Ψ. v. 259.

*Λέβητάς τε τρίποδάς τε*
*Ἵππυς θ' ἡμιόνυς τε, βοῶν τ' ἴφθιμα κάρηνα*
*Ἠδὲ γυναῖκας εὐζώνυς, πολιόν τε σίδηρον.*
*Lebetesq́; Tripodasq́;*
*Equosq́;, mulosq́;, boumq́; fortia capita,*
*Et fœminas benè cinctas, candensq́; ferrum.*

Inde certaturi prodiére, videlicet Antilochus, Eumelus, Menelaus, Meriones & Diomedes, non ad dignitatis ordinem, ſed ſortè ita locati: ſignatæ denique metæ, ſtatutusque, ut diximus, ſpeculator *Phœnix*, ut conſideraret curſum & veritatem referret. Il. Ψ. v. 362.

> Οἱ δ' ἅμα πάντες ἐφ' ἵπποισιν μάστιγας ἄειραν,
> Πέπληγόν θ' ἱμᾶσιν, ὁμόκλησάν τ' ἐπέεσσιν
> Ἐσσυμένως. Οἱ δ' ὦκα διέπρησσον πεδίοιο.
> *Hi ſimul omnes ſuper Equos flagella ſuſtulerunt*
> *Percuſſeruntq; flagellis, hortatiq; ſunt verbis*
> *Studioſè, hi autem ocyus pervadebant campum.*

Omnesque prævertit Diomedes, ſorte ultimus. Eumelus autem, qui & in ſegmento noſtro humi jacet, indignatione Minervæ, v. 394.

> ἐκ δίφροιο παρὰ τροχὸν ἐξεκυλίσθη.
> *ex curru juxta rotam excuſſus eſt.*

Inde Menelaus & Antilochus ſeqvuti ſunt, ſed in converſione, quam ad Lævam fieri, hôc exemplô comprobatur, Antilochus Menelaum prævertit, ad parentis monitum proximè metam aurigans, eôque dolô Menelaum retardans. Memorat Homerus & Merionem, ſed in ſegmento noſtro is non apparet.

44. PRIAMUS HECTORIS CADAVER AB ACHILLE REDIMENS. Hector moribundus Il. X. v. 338. Achillem per animam & genua, charosque parentes fuerat precatus, ut aurum & dona accipiens, cadaver ſuum ad ſepulturam Trojanis redderet. Sed nihil impetravit; Achilles enim crudè reſpondit: non redditurum, Il. X. v. 349. ſeqq.

> οὐδ' εἴ κεν δεκάκις τε καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα
> Στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες, ὑπόσχωνται δὲ καὶ ἄλλα.
> οὐδ' εἴ κέν σ' αὐτὸν χρυσῷ ἐρύσασθαι ἀνώγοι
> Δαρδανίδης Πρίαμος.
> *Neque ſi deciesq; & vicies tanta dona*
> *Statuant huc afferentes, promittant etiam & alia:*
> *Neq; ſi te ipſum auro redimere velit*
> *Dardanides Priamus.*

Eadem mens fuit & poſteà: Adeò ut ne quidem cum Patroclo cremandum cenſeret, ſed canibus devorandum ſervaret Il. Ψ. v. 182. ſeq.

> Ἕκτορα δ' οὔτι
> Δώσω Πριαμίδην πυρὶ δαπτέμεν, ἀλλὰ κύνεσσιν.

*Hecto-*

*Hectorem autem neutiquam*
*Dabo Priamidem igni devorandum, ſed canibus.*

Diſplicuit Jovi pertinacia. Vocatâ igiter Thetide, Achilli Deorum iram nunciavit, ni mitior cadaver reſtitueret, Il. Ω. 115. Et ne metus Priamum tardaret, emiſſâ Iride & hunc impulit, ut donis compoſitis, cadaver filii redemturus, ad Achillis tentorium properaret, Il. Ω. v. 144. Dona Priamus, quorum quædam & in ſegmento noſtro cernimus, Il. Ω. v. 229. ſeqq.

Δώδεκα μὲν περικαλλέας ἔξελε πέπλȣς,
Δώδεκα δ' ἁπλοΐδας χλαίνας, τόσσȣς δε τάπητας,
Τόσσα δε Φάρεα καλὰ, τόσσȣς δ' ἐπὶ τοῖσι χιτῶνας.
Χρυσȣ̃ δὲ σήσας ἔΦερεν δέκα πάντα Τάλαντα
Ἐκ δε δύ' αἴθωνας τρίποδας, πίσυρας δὲ λέβητας,
Ἐκ δε δέπας περικαλλὲς.

*Duodecim quidem perpulchras extulit peplos,*
*Duodecim etiam ſimplices chlænas, totidemq; tapetas,*
*Totidemq; pallia pulchra: totidem ad hæc tunicas:*
*Auri autem ponderans tulit decem integra Talenta,*
*Extulitq; duas fulgentes tripodes, quatuorq; Lebetes:*
*Extulitq; poculum perpulcrum.*

His currui impoſitis Jovi ſupplicavit, ab eoque Mercurium itineris ducem impetravit Il. Ω. v. 333. & ſeqq. & hinc videtur eſſe, quod & ipſius in ſegmento noſtro mentio ſit, quanquam Homerus eum ante Tentorium Achillis in Olympum rediiſſe canat. v. 468. Eleganter autem Tentorium Achillis deſcribitur v. 448. ſeqq. quod ingreſſus Priamus Il. Ω. v. 478.

Χερσὶν Ἀχιλλῆος λάβε γȣ́νατα, καὶ κύσε χεῖρας,
Δεινὰς, ἀνδροφόνȣς.
*Manibus Achillis accepit genua, & oſculatus eſt manus,*
*Graves, homicidas.*

Achilles autem ſtupuit, cùmque preces ejus audiviſſet v. 508.

ἀπώσατο ἦκα γέροντα.
*removit modeſtè ſenem.*

qui inde v. ſeq.

Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο,
Κλαῖ' ἀδινὰ, προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλῆος ἐλυσθεὶς.

*Hectoris homicidæ*

*Flebat abundè ante pedes Achillis provolutus.*

Provolutus inquam; nam hic geſtus in ſegmento noſtro exprimitur, invidioſô ſanè ſpectaculô, quod ne Achilles quidem ſuſtinuit, nam v. 515.

Αὐτίκ' ἀπὸ θρόνου ὦρτο, γέροντα δὲ χειρὸς ἀνίστη,

Οἰκτείρων πολιόν τε κάρη, πολιόν τε γένειον.

*Protinus è ſede ſurrexit, ſenem autem manu erexit,*

*Miſeratus canumq; caput, canamq; barbam.*

Igitur Priamum conſolatus, iteratiſque precibus offenſus proſiluit, ipſeque & Automedon, & Alcimus, v. 578.

ἐϋξέστου ἀπ' ἀπήνης

Ἥιρεον Ἕκτορέης κεφαλῆς ἀπερείσι' ἄποινα.

*benè polito à vehiculo*

*portârunt Hectorei capitis infinita dona.*

Reliquerunt tamen duo pallia & tunicam, iiſque cadaver contectum currui impoſuére. Sed hæc, & Priami reditus, Juſtaque Hectori peracta, non minus ac priora, pluribus ab Homero deſcribuntur. Ad quem ſi propoſitum ſegmentum examines, is qui in tentorio Achilli adſtat, Automedon erit: & is qui retrò Priamum, Alcimus; Priamô enim Tentorium ingreſſô Il Ω, v. 472.

Ἀχιλλεὺς ἕζεσκε — τὼ δὲ δύ' οἴω

Ἥρως Αὐτομέδων τε καὶ Ἄλκιμος ὄζος Ἄρηος

Ποίπνυον παρεόντε.

*Achilles ſedit — hincq; duo ſoli*

*Heros Automedon & Alcimus,* ramus *Martis,*

*Miniſtrabant adſtantes.*

Imò & eoſdem agnoveris & dona ferentes, licet alter ἑρμῆς ſubſcriptus ſit, quod vel inde falſum, quòd Mercurius ſtatim ab initio antequam Priamus curru deſcenderet, in Olympum rediiſſe v. 468. memoratur. Error proculdubio inde ortus, quòd v. 458. & ſeqq.

Δή ῥα τόθ' Ἑρμείας ἐριούνιος ὦξε γέροντι,

Ἐς δ' ἄγαγε κλυτὰ δῶρα ποδώκεϊ Πηλείωνι.

*Jam tunc Mercurius perutilis aperuit ſeni,*

*Introq; duxit inclyta dona pedibus veloci Achilli.*

Sed hoc de Aula tentorii intelligendum, de qua v. 452.

Ἀμφὶ δέ οἱ μεγάλην αὐλὴν ποίησαν ἄνακτι.

*Circum autem ei magnam aulam fecerunt Regi.*

Neque

Neque enim Mercurius dona ex curru ſuſtulit, ſed ut dictum, Achilles cum Automedonte & Alcimo. v. 573. ſeqq.

Ἅμα τῷγε δύω Θεράποντες ἕποντο,
Ηρως Αὐτομέδων τε καὶ Ἄλκιμος.
Ἤιρεον Εκτορέης κεφαλῆς Απερείσι' ἄποινα.

*Simul hunc duo famuli ſecuti ſunt,*
*Heroes Automedon & Alcimus.*
*Portarunt Hectorei capitis infinita dona.*

45. ACHILLES HECTORIS CADAVER PRIAMO RESTITUENS. Homero Achilles Hectoris cadaver ancillis lavandum ungendumque memoratur tradidiſſe, idq; ſeorſum, ne Priamus videret. In ſegmento propoſito ancillas non agnoſcimus, ſed figuræ expreſſæ Achilles, Achillisque ſocii videntur, ii ſcilicet, qui lotum jam & unctum pallioque & tunicâ, quod tamen hîc ſecus eſt, tectum in vehiculum memorantur elevâſſe. Ita enim Poeta v. 587. ſeqq.

Τὸν δ' ἐπεὶ ὖν δμωαὶ λῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ
Αμφὶ δέ μιν φᾶρος καλὸν βάλον ἠδὲ χιτῶνα,
Αυτὸς τὸν γ' Αχιλεὺς λεχέων ἐπέθηκεν ἀείρας,
Σὺν δ' ἕταιροι ἤειραν ἐυξέςην ἐπ' ἀπήνην.

*Hunc poſtquam igitur Ancillæ lavarunt & unxerunt oleo,*
*Circa ipſum pallium pulchrum jecerunt & tunicam,*
*Ipſe hunc Achilles lectis impoſuit elevans:*
*Simulq; ſocii elevârunt benè politum in vehiculum.*

46. ACHILLES PENTHESILEAM SUSTINENS. Finitâ Homeri Iliade, ſupplementum ex Tabula Iliaca cum interprete ejus Fabretto perſequimur, non ex deperditis Steſichoro, Arctino aut Leſche id explanantes, licet Plaſtes eorum placita videatur expreſſiſſe; ſed ex Quinto Smyrnæo, quem Quinctum Calabrum noſtri dixere, aliisve ſuperſtitibus Græcis Authoribus, qui deperditorum defectum utcunque ſupplere poterunt, poſtquam nec Macer, de quo Ovidius Lib. II. Eleg. X.

*Tu canis æterno quicquid reſtabat Homero*
*Ne careant ſummâ Troica bella manu.*

Letheæ oblivioni ſeſe eripere potuit. Sed ad propoſitum! Hectore cæsò, cum agmine Amazonum advenit Penthesilea, novum utique, ſed oppidò quam fragile paventibus præſidium. Hac Trojanos eduxit, editisque egregiis facinoribus

bus (inter quæ & Podarces cæſus, quem in ſegmento propoſito injuria temporis periiſſe, ex reliquis literis ΚΗΣ apparet) ab Achille cæſa eſt. Cadentem in noſtro ſegmento Achilles ſublevat, idque ad mentem Panæni, qui Pauſaniâ Eliac. Priore referente, *Pentheſileam animam exbalantem, & Achillem eam ſuſtinentem* pinxit. Quintus Smyrnæus cauſam docet, rem non docet. Galeâ detractâ, cùm venuſtatem ejus contemplatus fuiſſet, Lib. I. v. 669. ſeqq.

Ἀχιλλεὺς ἀλίαστον ἑῷ ἐνετείρετο θυμῷ.
οὕνεκά μιν κατέπεφνε, καὶ οὐκ ἄγε δῖαν ἄκοιτιν
Φθίην εἰς εὔπωλον, ἐπεὶ μέγεθός τε καὶ εἶδος
Ἔπλετ' ἀμώμητός τε καὶ ἀθανάτῃσιν ὁμοίη.
*Achilles graviter animo ſuo excruciabatur*
*Quod eam necâſſet, nec divinitus oblatam uxorem duxiſſet*
*In Phthiam Equis fœcundam, quandoquidem ſtaturâ & formâ*
*Inculpabilis eſſet, & Deas æquipararet.*

47. ACHILLES THERSITEN OCCIDENS. Viderat Achillis ægritudinem Therſites, & linguâ promptior quàm manu, improbâ oratione eum fuerat inſectatus, Lib. I. v. 739.

Ὁ δέ, οἱ περιχώσατο θυμῷ
Πηλείδης ἐρίθυμος. ἄφαρ δ' ὅγε χειρὶ κραταιῇ
Τύψε κατὰ γναμοῖο καὶ οὔατος. οἳ δ' ἅμα πάντες
Ἐξεχύθησαν ὀδόντες ἐπὶ χθόνα. κάππεσε δ' αὐτὸς
Πρηνής. ἐκ δὲ οἱ ἅμα διὰ στόματος πεφόρητο
Ἀθρόον. αἶψα δ' ἄναλκις ἀπὸ μελέων φύγε θυμὸς
Ἀνέρος οὐτιδανοῖο.
*Exarſit itaque ira in ipſum*
*Magnanimus Pelides. qui ſtatim validâ manu*
*Percuſſit eum ſecundum maxillam & aurem. Tum omnes pariter*
*Effunduntur dentes ad terram, & labitur ipſe*
*Pronus, perque os ei ſanguis erumpit*
*Copioſus, ſubitoque imbecillis è membris animus fugit*
*Viri nullius pretii.*

Hæc Quintus Smyrnæus, & noſtrum ad ſegmentum quam appoſitè, cùm Achilles in eo, habitu percutientis, Therſites autem cadentis adumbretur? De Turri lapidi quadrato impoſitâ tacet Fabrettus. Mihi tumulus Pentheſileæ videtur, quam ſibi redditam Trojanos, juxta mœnia in Turri editâ, juxta Laomedontis oſſa ſepeliviſſe, eôdem canente diſcimus Lib. I. v. 797. ſeqq.

Τρῶες

Τρῶες δ' ὥστε θύγατρα φίλω περικωκύσαντες,
Ἀχνύμενοι τάρχυσαν ἐΰδμητον περὶ τεῖχος,
Πύργῳ ἔπι προὔχοντι, παρ' ὀστέα Λαομέδοντος,
Ἱερὰ φέροντες Ἄρηϊ, καὶ αὐτῇ Πενθεσιλείᾳ.

*Troes autem cum deploraſſent ipſam ut caram filiam,*
*Non ſine mœrore ſepelierunt juxta mœnia benè ſtructa,*
*In turri edita, juxta oſſa Laomedontis,*
*Officium præſtantes Marti, & ipſi Penthesileæ.*

48. ACHILLES CUM MEMNONE CONGRESSUS. Interceptæ Amazonum interitu Trojanorum ſpei novum ſucceſſit præſidium *Memnon*. Hic Auroræ filius, Priamique ex fratre Tithono nepos fuit, magnasque memoratur Æthiopum adduxiſſe catervas, quibus cum inſignem Argivorum ſtragem edidiſſet, tandem & Neſtorem aggreſſus eſt. Neſtorem dum protegit filius Antilochus, victorem in ſe concitavit, conſertôque prælio ab eô cæſus eſt. A Memnone cæſum docet & Homerus Odyſſ. L. Δ. v. 187. Mortis cauſam memorat Quintus Smyrn. à v. 242 ad 258. imò & Epigramma Ariſtotelis, ejus ſepulchro dicatum:

Μνῆμ' ἀρετῆς υἱοῦ τοῦ Νέστορος Ἀντιλόχοιο,
Ὃς θάνεν ἐν Τροίῃ ῥυσάμενος Πατέρα.

*Neſtoris Antilochi virtutiſq; ecce ſepulchrum,*
*Trojæ ſervatò qui genitore perit.*

Eôdem ſenſu, quô & ipſe apud Auſonium:

*Conſiliis belloq; bonus, quæ copula rara eſt,*
*Carus & Atridis, Carus & Æacidis.*
*Præmia virtutis ſimul & pietatis adeptus,*
*Servatô Antilochus Neſtore Patre obiit.*
*Non hic ordo fuit; ſed juſtius ille ſuperſtes,*
*Troja capi ſine quo perfida non poterat.*

In propoſito ſegmento jam confectus non equidem jacet, ſed ſedere videtur; quanquam Philoſtratus aliter ſentiat, cujus, cum Fabretto, verbis debitum filiali pietati encomium perſolvimus: *Jacet adoleſcentulus, nec triſtis, nec ut mortuo aſſimilis, ſed clarus ac ridens: nam lætitiam quam ex ſervato conceperat patre, in facie gerens Antilochus, cuſpide percuſſus interiit, & vultum anima reliquit, non ut doluit, ſed ut lætitia obtinuit.* Non tulit Neſtor indignam filii cædem, cùmque ipſe vindictæ impar eſſet, non prius aliorum opem implorare deſtitit, quam Achillem contra Memnonem excitaſſet, pugnam horum latius deſcribit Quintus Smyrn. L. II. à v. 480. ſeqq. In noſtro autem ſegmento eô planè modò ea delineatur, quô ut verſ. 540. dicitur,

Μέμνονα δῖον ὑπὸ στέρνοιο θέμεθλα
Πηλείδης οὔτησε.

*Memnoni Deâ nato ſub ima pectoris*
*Pelides vulnus inflixit.*

quôque Memnon v. 543.

Κάππεσε δ' εἰς μέλαν αἷμα. βράχε δ' οἱ ἄσπετα τεύχη.
*Procubuit in nigram ſaniem, & vaſta ipſius arma ſonuerunt.*

Sed idem hoc ſingulare certamen Bathyclem in ſella Amyclæi inter alia ornamenta expreſſiſſe, tradit Pauſanias in Lac. Expreſſit & ignotus quidam in Olympia, ut idem Eliac. Priore teſtatur. Non autem enſe, ut Q. Smyrnæus habet, ſed haſtâ Memnonem cecidiſſe ex noſtro ſegmento colligitur, ſubſcribitque Philoſtratus in Iconibus, βέβληται κατὰ τὸ στέρνον, ἐμοὶ δοκεῖν ὑπὸ τῆς μελίας. *Vulneratus eſt in pectore, ut mihi videtur, fraxineâ haſtâ.*

49. ACHILLEM CADENTEM AJAX ET ULYSSES PROPUGNANT. Hactenus Achilles invictus fuit. Hîc tandem jacet, ut Hector ei prædixerat. Il. X. v. 399.

Σὲ Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων
Ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν ἐνὶ σκαιῇσι πύλῃσιν.

*Te Paris & Phœbus Apollo*
*Strenuum exiſtentem perdent in Scæis portis.*

Jacet & ſimul impleta ſunt, quæ paſſim ab Homero memorantur innumera, non Deorum tantùm & hominum, ſed & Brutorum præſagia. De morte ejus ita Quintus Lib. III. v. 60. ſeqq.

Ἄϊστος νεφέεσσιν ἐτύχθη (Φοῖβος.)
Ἠέρα δ' ἑσσάμενος στυγερὸν προέηκε βέλεμνον.
Καί ἑ θοῶς οὔτησε κατὰ σφυρόν. αἶψα δ' ἀνῖαι
δῦσαν ὑπὸ κραδίην. ὁ δ' ἀνετράπετ' ἠΰτε πύργος.

*Inter nubes conſpectum ſui recondit Phœbus,*
*Æraq́ prætendens inimicum immittit telum,*
*Et continuò eum ſauciat in malleolum pedis.*
*Statimq́ ægritudo cor ſubit, & ſubvertitur ad modum turris.*

Conſentiunt hæc & cum marmore noſtro, in quo nemo mortalium tantæ cædis gloriam ſibi vendicat: conſentiunt & cum Sophocle in Philoctete, ubi ex Perſona Neoptolemi Achillis filii v. 333.

Τέθνηκεν ἀνδρὸς οὐδενὸς θεοῦ δ' ὕπο
Τοξευτὸς, ὡς λέγουσιν, ἐκ Φοίβου δαμείς.

*Occidit*

*Occidit hominum nemo, ſed ſub dio*
*Sagittis impetitus, ut ajunt, à Phœbo domitus.*

Idem tradit & Libanius Sophiſta narrat. VIII. quanquam Hyginus Fab. CVII. & CXIII. ab Apolline ſub Paridis ſpecie id factum, Servius autem ad Virg L. III. v. 85. manu Apollinis vulneratum, à Paride autem occiſum aſſerant. Quicquid ſit, illud tamen hîc memoriæ refricandum, quod ad Achillis infantiam dictum eſt, vulneratum ſcilicet fingi in mallcolo pedis:

οὔτησε κατὰ σφυρὸν

eô ſcilicet, quem Thetis, cùm Stygi eum immergeret, manu texerat, adeoque flumine infernali non tinxerat: Neque eſt ut Ptolemæo Hepheſtioni accedas, qui aliô commentô rem obſcurat potius, quàm explicat. Sed Trojanis Achilles, ne lethaliter quidem ſaucius pepercit; Rurſus enim ſurgens Orythaona confodiſſe, Hipponoum profligaſſe, Alcithoum transverberâſſe memoratur. Tandem autem cum artus frigeſcerent, & ſpiritus abſcederent, haſtæ incubuit, paventibusque inde & fugientibus Trojanis, adhuc verbis cùm inſurrexiſſet, denuò corruit & mortuus eſt, Trojani autem v. 184.

φοβέοντο, καὶ οὐκ ἔτ᾽ ἐόντ᾽ Ἀχιλῆα.
*Formidabant Achillem etiam non amplius ſuperſtitem.*

Et licet Paride incitante ad rapiendum cadaver poſteà proceſſiſſe memorentur, pluribus tamen ſuorum amiſſis ab Ajace præſertim & Ulyſſe in urbem rejecti ſunt. De Ajace ſunt ſequentia v. 216.

Οἱ οὐκ ἀμέλησε θεοῖς ἐναλίγκιος Αἴας,
Ἀλλὰ θοῶς περίβη, πάντας δ᾽ ἀπὸ δούρατι μακρῷ
ὦσεν ἀπὸ νέκυος.
*Ejus curam non poſthabuit Ajax Diis æquiparandus*
*Quin ſubitò propugnaret. Omnes igitur longa haſta*
*Reppulit à cadavere.*

De Ulyſſe ita loquitur Poeta v. 291.

Ἄγχι δὲ Λαέρταο δαΐφρονος υἱὸς ἀμύμων
Μάρναθ᾽ δυσμενέεσσι. φοβέοντο δέ μιν μέγα λαοί.
*Et propè Laertæ prudentis egregia ſoboles*
*Cum hoſtibus manum conſerebat, & valdè eum formidabant Troum agmina.*

Sed & de Trojanis in urbem compulſis, id quod noſtrum ſegmentum expreſſis ſupra portam capitibus adumbrat, eſt apertum Quinti Smyrnæi teſtimonium. d. lib. v. 361.



Ex πο-

Ἐκ πολέμοιο ποτὶ Πριάμοιο πόληα
Φεῦγον οἰζυρῶς ἐπιειμένοι ἀλκέα φύζαν,
Αἴαντος μεγάλοιο περιτρομέοντες ὁμοκλήν.

*E pugna ad Priami urbem*
*Miſerè ſe proripiunt, triſtemq; induti fugam,*
*Magniq; Ajacis minas expaveſcunt.*

Et paulò poſt de Ajace

Τοὺς δ' ἔρσας ἀνὰ ἄστυ, νομεὺς ὣς αἰόλα μῆλα
Ἤιεν ἐς πεδίον.
*Hos Trojanos cum in urbem incluſiſſet, ut varias Paſtor oves,*
*In campum redit.*

50. Achillis Sepultura et Luctus. Ereptum Trojanorum inſultibus Achillis cadaver ad naves detulerunt Achivi. Ibi ut Q. Smyrnæus L. III. v. 390. habet,

Κεῖτο βαρυγδούποις παρ' ἠόσιν Ἑλλησπόντου,
Οἷος ὑπερφίαλος Τιτυὸς πέσεν.
*Jacebat horriſoni prope littora Helleſponti,*
*Quantus prægrandis Tityus procubuit.*

Jacet & noſtro in ſegmento, ſed non in Tentorio, quod Poeta canit, ſed caput clypeo fultus, ut etiam poſt fata intelligatur virtus, quam & Achivi luxêre v. 387.

Ἀμφὶ δέ μιν μάλα πάντες ἀγειρόμενοι, στονάχοντο
Ἀχνύμενοι κατὰ θυμόν.
*Circum autem omnes congregati graviter planxerunt,*
*Ex animo dolentes.*

Et Tabulâ teſte, *manibus ad cadaver protenſis*, ut planctum cum admiratione conjunctum intelligas. Planxére autem non Achivi ſoli, inter quos cum Ajax & Phœnix præcipui fuerint, eos quid obſtat ut in Tabula reliquorum vices obire ſtatuamus? Sed & Thetis & Muſæ. Et Thetis quidem v. 396.

υἷα περιστονάχησε πεσόντα
Ἀχθόμενον μακάρεσσι.
*Ingemuit filium cadentem*
*inviſum Superis.*

Μοῦσαι δὲ θοῶς Ἑλικῶνα λιποῦσαι
Ἤλυθον, ἄλγος ἄλαστον ἐνὶ στέρνοισιν ἔχουσαι,
Ἀρνύμεναι τιμὴν Ἑλικώπιδι Νηρηΐνῃ.

*Muſæ*

*Muſæ autem ſubitò Helicone relicto*
*Acceſſerunt, magnum in corde dolorem geſtantes,*
*Ut honorem deferrent Thetidi, pulchros oculorum orbes habenti.*

Ut idem habet v. 592. Id quod antea & Homerus cecinerat Odyſſ. Ω. v. 60. Notandum autem in noſtro Segmento, Muſam à cadavere averti, forſitan quòd Calliope hæc ſit, quæ Thetidem plangentem conſolata memoratur, v. 629. ſeqq.

Ὣς ἔφατ᾽ αἰνὰ γοῶσ᾽ ἁλίης Θέτις. ἡδὲ οἱ αὐτὴ
Καλλιόπη φάτο μῦθον, ἀνηραμένη φρεσὶ θυμόν.
Ἴχεο κωκυτοῖο θεὰ Θέτι,

*Sic ait graviter queritans æquore nata Thetis. Tum ipſa ei*
*Calliope animum ſapientiâ ſuffultum habens hæc verba reddidit:*
*Cohibe ejulatum Diva Thetis!*

Notandum, Thetidem Achillis Tumulo adſtare, & cum accedente ab alterâ parte figurâ colloqui: Forſan quòd eum habitum hîc Plaſtes expreſſerit, quô cineribus ſepulcro jam illatis, Neptunus Thetidi, filii immortalitatem promiſit. Neptunum hunc eſſe, ex nudô corpore intelligas, quod à femoribus tantùm tectum eſt, quamvis aliàs ſolitô ſuô ſceptro careat, ne videlicet hominibus noſcatur, Lib. III. v. 763. ſeqq.

Τοτ᾽ ἐριγδούποιο λιπὼν ἁλὸς ὄμβριμον οἶδμα,
Ἤλυθεν Ἐννοσίγαιος ἐπ᾽ ἠόνας. οὐδέ μιν ἄνδρες
Ἔδρακον, ἀλλὰ Θεῇσι παρίσατο Νηρηΐνης.
Καὶ ῥα Θέτιν προσέειπεν ἔτ᾽ ἀχνυμένην Ἀχιλῆος.
Ἴσχεο νῦν περὶ παιδὸς ἀπειρέσιον γοόωσα.
οὐ γὰρ ὅγε φθιμένοισι μετέσσεται, ἀλλὰ θεοῖσιν.
ὡς ἠΰς Διόνυσος, ἰδὲ σθένος ἡρακλῆος.

*Tunc horriſoni tumidam æquoris undam linquens*
*Neptunus, ad littus venit, nec homines ipſum*
*Viderunt, ſed Deabus Nereo ſatis adſtitit,*
*Et Thetin alloqvutus eſt, quæ Achillis adhuc caſum anxiè mœrebat.*
*Deſine tandem nimio indulgere luctui ob natum;*
*Non enim hic cum Manibus inferis deget, ſed cum Diis ſuperis.*
*Ut mitis Bacchus, & Hercules robuſtus.*

Niſi fortè duas has figuras, non Thetidem & Neptunum, ſed amicos arbitreris, qui urnam cineribus gravem tumulo intulerint. Tumulus autem ſolitô modô,

ut columna pictus, AXIΛEION ſubſcribitur, à potiore ſcilicet, quamvis commune fuerit Achilli cum Patroclo ſepulcrum: Quæ forſan & ratio eſt, quòd nec Quintus Smyrnæus Patrocli meminerit v. 737. ſeqq.

ἀμφὶ δὲ τύμβον
Ἀργεῖοι, καὶ σῆμα πελώριον ἀμφεβάλοντο,
Ἀκτῇ ἐπ' ἀκροτάτῃ, παρὰ βένθεσιν Ἑλλησπόντου.

*circa tumulum*
*Græci monumentum ingens exaggerârunt*
*In ſummo littore, juxta Helleſponti profunda.*

Hæc enim verba de eodem tumulo intelligi debere, quem Patroclo erexit Achilles, perſvadet ipſe apud Homerum Il. Ψ. v. 245.

Τύμβον δ' οὐ μάλα πολλὸν ἐγὼ πονέεσθαι αἴωγα
Ἀλλ' ἐπιεικέα τοῖον. Ἔπειτα δὲ καὶ τὸν Ἀχαιοὶ
Εὐρωὺ θ' ὑψηλόν τε τιθήμεναι, οἵ κεν ἐμεῖο
Δεύτεροι ἐν νήεσι πολυκλήϊσι λίπησθε.
*Sepulchrum autem non adeo magnum ego fieri juſſi,*
*Sed mediocre tale; poſtmodum autem & hoc Achivi*
*Latumq; altumq; facite, qui me*
*Poſterum navibus tranſtratis ſuperfueritis.*

51. AJAX INSANIENS. Juſtis Achilli perſolutis, certaminibusque ejus honori celebratis, arma protulit Thetis, eique ſe ea donare profeſſa eſt, qui cadaver ſervaſſet, & Græcorum optimus eſſet. Quint. Smyrn. L. E. v. 125. Acris inde diſceptatio Ajacis & Ulyſſis: Et Ulyſſes quidem judiciô victor memoratur; Ajax autem ex indignatione in furorem actus eſt, de quo plura non Quintus Smyrnæus tantùm, ſed & Sophocles in Ajace flagellifero. Ex quo illud ad Tabulam quadrat, quod Tecmeſſa v. 312 memorante, poſtquam patratâ gregum cæde ad ſe rediiſſet,

Τὸν μὲν ἧστο πλεῖστον ἄφθογγος χρόνον.
*Plurimum tempus tacitus ſedit,*

52. AJACIS INTERITUS. Inſania mali finis non fuit. Morte dolores ultus eſt Ajax. Adactô ferrô ſive in jugulum, ut Q. Smyrnæus v. 483. ſive per pectus, ut numiſma noſtrum, cui non tam Sophocles verſu 918. quàm Ovidius ſubſcribit:

*Dixit & IN PECTUS letalem condidit enſem,*
*Nec valuere manus infixum educere telum:*
*Expulit ipſe cruor, tabefactaq; ſanguine tellus*
*Purpureum viridi genuit de ceſpite florem.*

Sed

Sed in tabula, Ajaci ſedenti ejusdem etiam ſepulcrum appingitur, ſolitâ ſcilicet columnæ figurâ, ut & Achillis. Combuſtum canit Q. Smyrnæus, ſed Sophocles humi tectum inducit, idemque aſſeruit & Philoſtratus junior in Heroicis c. XII. additâ ratione, quòd Calchas impium pronunciaſſet, ut ii igne ſepeliantur, qui ſibi manum conſciviſſent. Pauſanias in Atticis poſt Ulyſſis naufragium, Achillis arma ad Ajacis tumulum ejecta memorat, magnitudinemque ejus ex genuum vertebris, alluvione detectis, colligi poſſe, id quod Sophocli & Philoſtrato aliquò modò ſuffragari videtur. Fuit autem ſepulchrum id ad promontorium Rhoeteum, ut Quintus Smyrnæus verſ. 654. & Strabo Libro XIII. teſtantur.

53. EURYPILUS HEROS. Ajace jacente, Græci de accerſendo Neoptolemo conſultarunt: Trojanis autem & ipſis, teſte Q. Smyrnæo L. VI. v. 119.

Θεοὶ μέγα πήματος ἄλκαρ
ἤναγον Εὐρύπυλον κρατερȣ̃ γένος Ἡρακλῆος.

*Dii magnum cladis præſidium*
*adduxerunt Eurypylum, de proſapia Herculis fortiſſimi.*

Fuit Eurypylus Telephi, quem Hercules ex Auge ſuſtulerat, & Aſtyochæ Priami ſororis filius, tantæ venuſtatis, tantæ & fortitudinis, ut Ulyſſes non minus ac propoſitum Numiſma, eum & Heroa appellaverit, & poſt Memnona divinum, pulcherrimum ſe vidiſſe, etiam in inferno fuerit teſtatus, ap. Hom. Odyſſ. λ. v. 519. ſeqq.

Ἥρω Εὐρύπυλον, πολλοὶ δ᾽ ἀμφ᾽ αὐτὸν ἑταῖροι
Κήτειοι κλείνοντο γυναίων εἵνεκα δώρων.
Κεῖνον δὴ κάλλιϛον ἴδον μετὰ Μέμνονα δῖον.

*Heroa Eurypylum, multi autem circa ipſum ſodales*
*Cetei trucidabantur mulierum propter dona.*
*Illum ſanè pulcherrimum vidi, poſt Memnona divinum.*

Quibus ex verbis ſimul etiam patet, eum Ceteis imperaſſe: Et ne dubites, quô terrarum angulo Cetei habitaverint, audiamus Q. Smyrnæum L. VI. v. 121. ubi cùm Eurypylum adveniſſe memoraſſet, ſubjicit:

Καὶ οἱ λαοὶ ἕποντο δαήμονες ἰωχμοῖο.
Πολλοὶ, ὅσοι δολιχοῖο παρὰ προχοῇσι Καΐκȣ
Ναίεσκον.

*Ac ſequuntur ipſum homines belli ſcientes*
*Multi, quotquot longi fluenta Caici*
*Accolunt.*

Sed

Sed idem docet pluribus, & ſummâ, quâ ſolet, Eruditionis profunditate, ILLUSTRISSIMUS SPANHEMIUS, probatque ex gemino Nummo,






quorum ex altero effigiem Eurypyli deſumſimus, in altero autem *Caicus* & *Cetius* fluvii expreſſi ſunt: Utroque ſcilicet à *Pergamenis* percuſſo, urbe Caico adjacente unde planum eſt, vanam non eſſe opinionem eorum, qui Euſtathio notante:

Κητείας Περγαμένας ἐνόησαν,

appellatos ſcilicet à Cetio fluvio, quem & ipſum in altero nummo cum Caico cernimus. Addit *Illuſtrisſimus Author* & rationem, cur Eurypylum Pergameni expreſſerint: Non tantùm ſcilicet, quòd Cetiis imperitaverit, ſed etiam, ut ex Ariſtide obſervat, quòd Telephum Eurypyli patrem Pergameni, non minus ac Æſculapium, inter Conditores ſuos retuliſſent: Imò & rationem temporis docet, quô Numiſma primum percuſſum ſit, Hadriani ſcilicet, quòd *Pollio Prætor* etiam in Sabinæ nummo occurrat. Hôc poſitô, mihi conjectura naſcitur, annon hæc Eurypyli effigies alludat ad effigiem Antinoi, adeô ut Pergameni pulcherrimum juxta, & fortiſſimum ſuum Regem in Antinoo Pythagoricâ planè Μετεμψύχωσι revixiſſe mentiantur, eôque inventô Hadriani gratiam venentur; Eadem ſanè utriusque ferè eſt delineatio, id quod ex Antinoi nummis apud Seguinum aliosque patet, ubi non minus ac Eurypylus, Ηρως etiam Antinous vocatur. Sed nec illud prætereundum, aptè ſcilicet venuſtiſſimo, Veneris venuſtatis Deæ templum jungi: Et quid ſi eôdem inventô etiam ad Hadriani amores reſpiciant? & ſimul lucem affundant allatis Homeri verbis, ubi Cetii dicuntur trucidati *γυναίων εἵνεκα δώρων ob dona muliebria*, ipſius ſcilicet Eurypyli venuſtatem, qui eos in prælium eduxerat, cujusque formoſitas *muliebre donum* neſcio annon ritè vocetur, cùm & Ulyſſes id ipſe innuere videatur ſubjiciens, *ſe eum pulcherrimum poſt Memnona vidiſſe.* Ita Calphurnio:

*Donum forma breve.*

54. EURY-

54. EURYPYLUS NIREA ET MACHAONEM INTERFICIENS. Magna fuére, imò nec modica Eurypyli facinora. Pluribus ea recenſet Q. Smyrnæus L. VI. nec dubium eſt, & propoſito Tabellæ Iliacæ in ſegmento quædam exhiberi, licet figura prima vetuſtate mutila ſit, imò & nomina injuria temporis deleverit; Ex hiſtoriæ tamen ſerie videtur conſtare, jacentem *Nireum* eſſe, cui ut Fabrettus autumat, arcus jungitur, quòd imbellis fuerit, teſtibus tam Homero Il. B. v. 671. quàm Q. Smyrnæo. L. VII. v. 8. Homeri verba ſubjicimus, ut inde & Nirei Patriam & genus diſcamus:

Νιρεὺς δ᾽ αὖ Σύμηθεν ἄγεν τρεῖς νῆας ἐίσας,
Νιρεὺς Ἀγλαΐης θ᾽ υἱὸς χαρόποιοτ᾽ ἄνακτος,
Νιρεὺς, ὃς κάλλιςος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
Τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ᾽ ἀμύμονα Πηλείωνα.
Ἀλλ᾽ ἀλαπαδνὸς ἔην, παῦρος δὲ οἱ εἵπετο λαός.
*Nireus autem rurſus ex Syma duxit tres naves æquales,*
*Nireus Aglaiæ filius Charopiq; Regis,*
*Nireus, qui pulcherrimus vir ad Ilium venit,*
*Aliorum Danaorum, poſt irreprehenſibilem Pelidem.*
*Sed imbellis erat. Pauca autem ipſum ſequebantur Copiæ.*

Quicquid ſit, in prælium tamen progreſſus eſt, cùmque in Eurypylum incideret, ſangvinem Herculis, mirum non eſt, quòd ſuccubuerit. Ita ſanè de Eurypylo Q. Smyrnæus L. VI. v. 372.

Ἔνθ᾽ ὅγε καὶ Νηρῆα θεοῖς ἐναλίγκιον ἄνδρα
Μαρνάμενον Τρώεσσι βάλεν περιμήκει δȣρὶ,
Βαιὸν ὑπὲρ πρότμησιν. ὁδ᾽ ἐς πέδον ἤριπε γαίης
Ἐκ δὲ οἱ αἷμ᾽ ἐχύθη, δεύοντο δὲ οἱ κλυτὰ τεύχη.
*Hic idem etiam Nirea, virum Diis ſimilem,*
*Cum Trojanis dimicantem, longa trajecit haſtâ,*
*Paululum ſupra umbilicum, qui ad terræ ſolum procumbit.*
*Effunditurq; ei ſangvis, & inſignia arma conſperguntur.*

Hæc cum ita ſint, facilis jam conjectura ſubit, Eurypylum *eum* eſſe, qui juxta procumbentem adſtat, & quidem eô ſchemate expreſſum, quo morienti inſultaſſe memoratur v. 384. ſeqq.

Τῷ δ᾽ ἔπι Εὐρύπυλος μεγάλ᾽ εὔχετο δηωθέντι.
Κεῖσο νῦν ἐν κόνιησιν,

*Huic cæſo admodum inſultabat Eurypylus:*
*Jaceto nunc in pulvere &c.*

Obſtare poſſet columna, quam figura hæc ſiniſtrâ contingit, quamque ſolitô more Nirei & Machaonis ſepulchrum interpretatur Fabrettus, quam tamen opinionem ratio temporis videbitur excludere, cùm Machaon altera columnæ partè adhuc vivus ſe ſiſtat, eô omninò modô expreſſus, quo emiſsâ in Eurypylum haſtâ, eum vulneraſſe dicitur. Ideò enim videtur haſtâ carere. v. 391. ſeqq.

Τοῦ δ' ἀντίος ἦλθε Μαχάων
χωόμενος Νηρῆος. ὅς οἱ σχεδὸν αἶσαν ἀνέτλη
Δουρὶ δέ μιν στονόεντι κατ' εὐρέος ἤλασεν ὤμου.

*Contra eum venit Machaon,*
*Ira commotus ob Nireum, qui proximè illum fato conceſſerat.*
*Haſtâ igitur luctificâ eum perculit in latô humerô.*

Res eò clarior videri poſſet, quò manifeſtius ex ſequentibus conſtat, haſtâ Machaonem deinceps caruiſſe; Cùm enim denuò ab Eurypylo ſauciaretur, non haſtâ ſe ultus eſt, ſed

Καρπαλίμως περιμήκεα λᾶαν ἀείρας
Κάββαλε κάκκεφαλῆς μεγαθύμου Τηλεφίδαο.
Τοῦ δὲ κόρυς στονόεντα φόνον, καὶ κῆρ' ἀπάλαλκεν
Ἐσσυμένως.

*Ex templò grandem lapidem ſublatum*
*Rotavit in caput magnanimi Telephidæ,*
*Cujus Galea luctuoſam necem & peſtem repulit*
*Continuò.*

Quibus ex verbis forſitan colligas, juxta ædificium aliquod, ex quo lapidem Machaon deſumpſerit, quodque per columnam in noſtro ſegmento denotetur, rem geſtam eſſe: Idque eò magis, quô apertius & Galea Eurypylum aſſerit, cùm hæc, ut dictum, ſaxum id repulerit: adeò ut nec Pileum Phrygium in contrarium adferre poſſis, quo altera illa figura, quam Machaonem eſſe diximus, inſignita videtur; Hoc enim errori ſculptoris adſcribere non dubitem, qui Galeam vetuſtate corroſam minuto in ſimulacro, quid mirum eſt ſi pilei formâ expreſſerit? Sed appropinquavit & Machaonis fatum. Ab Eurypylô ictu lapidis exacerbatô & ipſe cecidit, licet medicus eſſet, ipſiusque Æſculapii filius.

55. EURYPYLUS à NEOPTOLEMO SUBLATUS. Neoptolemum, Ajace mortuô, à Græcis accitum, ad n. 53. diximus, memoratque Q. Smyrnæus Lib. VII Hic igitur ad Trojam profectus, Patriâque virtute in prælium progreſſus, & alios Trojanos domuit, & ipſum Eurypylum confecit.

Σωνήε-

Συνήεσαν ἀλλήλοισι
Δῆριν συμφορέοντες ἀμείλιχον.
*Concurrunt inter ſe,*
*Implacabili certamine commiſſi*

inquit Quintus Lib. VIII. v. 180. & paulò poſt ad marmor noſtrum appoſitè:

Ὀψὲ δὲ μακρὰ
Πηλιὰς Εὐρυπύλοιο διήλυθεν ἀνθερεῶνος.
Ἤριπε δ' ἐν τεύχεσσι κατὰ χθονός.
*Tandem verò longa*
*Pelias Eurypyli mentum penetrat.*
*Prolabitur itaq; in terram cum armis.*

Quibus ex verbis, Achillis haſtâ Eurypylum occiſum diſcimus; quanquam eò marmor à Poeta abeat, quòd femur, non mentum, cuſpis feriat. Tertia figura quæ retrò Eurypylum cernitur, Græcorum aliquis videtur eſſe, Eurypylo jam mortuo arma detracturus, quanquam hoc à Neoptolemo factum, idem v. 219. ſeqq. videatur canere.

Ὅδ' αὐτίκα τεύχε' ἀπηύρας.
Δῶκε θοοῖς ἑτάροισι φέρειν ποτὶ νῆας Ἀχαιῶν.
*Qui mox arma detrahens,*
*Expeditis ſociis ad naves Achivûm aſportanda dedit.*

56. ULYSSES ET DIOMEDES PALLADIUM TROJA ASPORTANTES. Ulyſſem & Diomedem Palladium Trojanis eripuiſſe, ex hoc marmoris noſtri ſegmento conſtat. Suffragatur Virgilius Æn. II. v. 163.

*Impius ex quo*
*Tydides, ſed enim ſcelerumq; inventor Ulyſſes*
*Fatale aggreſſi ſacrato avellere templo*
*Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis,*
*Corripuére ſacram effigiem, manibusq; cruentis*
*Virgineas auſi Divæ contingere vittas.*

Suffragatur & Q. Smyrn. L. X. v. 350.

ὥς τε οἱ ἐννεσίῃσι κρατεροῦ Τυδέος υἱὸς
Ἑπτομένου Ὀδυσῆος ὑπὲρ μέγα τεῖχος ὀροῦσαι,
Ἁρπάξας ἐθέλουσαν ἐΰφρονα Τριτογένειαν.

*Ut deniq; ejus inſtinctu robuſti Tydei filius*
*Comitante Ulyſſe, ſuper ardua irrumpens mœnia*
*Sapientis Minervæ ſimulacrum non invitum abſtraxerit.*

Hæc utut ſint, alii tamen Diomedem ſolum memorant, id quod & ſequentibus in gemmis fit.



De quorum altero latius in Theſ. El. Br. diſſerui, adeò ut non ex ſubſcriptione tantùm, ſed etiam ex hâc prærogativa Diomedem eum ſtatuamus, qui Palladium geſtat, eum autem Ulyſſem, qui ex Trojæ muris progreditur; Neque enim Plinio fides habenda, qui Ulyſſem priorem nominat, Lib. XXXIII. C. XII. cum Ovidium ſequi videatur, apud quem Ulyſſes, Rhetoricâ libertate, raptum hunc ſibi ſoli adſcribit.

*Quam rapio Phrygiæ ſignum penetrale Minervæ*
*Hoſtibus è mediis.*

quod tamen paulò poſt cum Diomede communicat:

*Pars eſt ſua laudis in illo.*

57. LAOCOON. Laocoontem cum filiis à Draconibus occiſum, cauſamque Phrygibus creditam, quòd haſtam is in Eqvum Trojanum miſiſſet, licet memoret Hyginus, ipſe tamen irâ Apollinis id factum aſſerit, quòd Lacoon, cùm Acœtis filius, Anchiſæque frater, Apollinisque ſacerdos eſſet, contra voluntatem Dei uxorem duxiſſet, ex eaque liberos procreaſſet; Inde enim cùm forte ductus

ductus ſacrum Neptuno ad litus faceret, Apollinem occaſione uſum, Dracones illos à Tenedo per fluctus maris ſubmiſiſſe, eosque primò filios ejus, Antiphantem & Thymbræum, deinde & ipſum Laocoonta, filiis auxilium laturum, necaſſe. Tryphiodorus licet Trojæ interitum ex profeſſo, multaque de equo Durio cecinerit, Laocoontis tamen non meminit. Quintus Smyrnæus ejus meminit quidem, non autem haſtâ, ſed conſiliô, Machinæ Duriæ infeſti: conſulentis ſcilicet, ut ea combureretur, & ita inſidiæ pateſcerent, quâ de cauſa irâ, non Apollinis, ſed Minervæ in furorem actus, tandemque & excœcatus fuerit, Draconibus non ipſum, ſed filios ejus corripientibus. Hæc utut ſe habeant, Phrygibus tamen ſubſcribit non tantùm ſtatua noſtra, ſed & Virgilius Æn. l. 2.

*Laocoon ductus Neptuno ſorte ſacerdos,*
*Solennes taurum ingentem mactabat ad aras.*
*Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta,*
*(Horreſco referens) immenſis orbibus angues*
*Incumbunt pelago pariterq; ad littora tendunt.*
*Diffugimus viſu exangues: illi agmine certo*
*Laocoonta petunt, & primum parva duorum*
*Corpora natorum ſerpens amplexus uterq;*
*Implicat, & miſeros morſu depaſcitur artus.*
*Poſt ipſum auxilio ſubeuntem, ac tela ferentem,*
*Corripiunt, ſpirisq; ligant ingentibus: & jam*
*Bis medium amplexi, bis collo ſqvamea circum*
*Terga dati, ſuperant capite & cervicibus altis.*
*Ille ſimul manibus tendit divellere nodos,*
*Perfuſus ſanie vittas atroq; veneno.*
*Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit.*
*Tum verò tremefacta novus per pectora cunctis*
*Inſinuat pavor, & ſcelus expendiſſe merentem*
*Laocoonta ferunt, ſacrum qui cuſpide robur*
*Læſerit, & tergo ſceleratam intorſerit haſtam.*

De ſtatua audiamus & Plinium L. 36. c. 5. *Laocoon*, inquit, *qui eſt in Titi Imperatoris domo, opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis præferendum, Ex uno lapide, Eum & Liberos Draconumq; mirabiles nexus, de Conſilii ſententia fecêre ſummi artifices Ageſander & Polydorus & Athenodorus Rhodii.*

58. EQVUS DUREUS IN URBEM ATTRACTUS. Laocoontis ſuppliciô confirmati Trojani, Caſſandrâ nequicquam vaticiniis prohibente:

 *Ducen-*

*Ducendum ad ſedes ſimulacrum, orandaq; Divæ*
*Numina conclamant.*

Id agentes videas in propoſito ſegmento, ferè qualiter Virgilius cecinit:

*Accingunt omnes operi, pedibusq; rotarum*
*Subjiciunt lapſus & ſtupea vincula collo*
*Intendunt, ſcandit fatalis machina muros*
*Fœta armis. Pueri circum, innuptæq; Puellæ*
*Sacra canunt, funemq; manu contingere gaudent.*

In Tabula noſtra ΤΡΩΑΔΕΣ καὶ ΦΡΥΓΕΣ nominantur, utriusque ſexûs gratiâ, quem & Maro tetigit; Phryges enim, licet quibusdam à Trojanis diſtinguantur, non raró tamen, ut hîc & apud Euripidem in Troad. v 473. pro ipſis etiam *Trojanis* ponuntur. Ita & illud cum Virgilio videtur convenire, quòd fune eqvus trahitur: quanquam Tryphiodorus lora & catenas addat. v. 295. ſeqq.

Τοὶ δ', βοείας
Δησάμενοι, σειρῇσιν ἐϋπλεκτοῖσι κάλοισιν
Εἷλκον ἐπὶ πεδίοιο θοῶν ἐπιβήτορα κύκλων
Ἵππον ἀριστήεσσι βεβασμένον.

*Ipſi verò, Trojani, lora*
*Alligantes catenis, benè connexis funibus,*
*Trahebant per campum aſcenſorem velocium rotarum*
*Eqvum, proceribus onuſtum.*

Quintus Smyrnæus & ipſe Σειρὴν catenam nominat.

Σειρὴν ἀμφεβάλοντο θοῶς περιμήκεϊ ἵππῳ
Δησάμενοι καθύπερθεν.

*Catenam arduo equo repente injiciunt*
*Supernè religatum.*

Qui alias & de trahentium multitudine teſtatur; quanquam rotæ, quas memorat, & in Gemma Liceti videmus, hîc non appareant. Ita Lib. IB. v. 416.

οἱ ἐσθλὸς Ἐπειὸς
Ποσσὶν ὑπὸ βριαροῖσιν ἐΰτροχα δούρατα θῆκεν,
Ὄφρα κεν αἰζηοῖσιν ἐπὶ πτολίεθρον ἕπηται,
Ἑλκόμενος Τρώων ὑπὸ χείρεσιν· οἱ δ' ἅμα πάντες
Εἷλκον ἐπιβρίσαντες ἀολλέες.

*huic induſtrius Epeus*
*Verſatiles rotas validis pedibus ſubjecerat,*
*Ut juvenes in urbem ſequi poſſet,*

*Troum*

*Troum manibus attractus, qui omnes ſimul*
*Connixi trahunt longo ordine.*

Sed præter trahentes adhuc alii in Tabula viſuntur, & primò quidem *Caſſandra* portæ proxima, furentis & per furorem vaticinantis inſtar, id quod eam etiam ſub adventum Helenæ feciſſe, Lycophron eò poëmate ſupponit, quod ejus nomine inſcripſit. Q. Smyrnæus & Tryphiodorus Caſſandram vaticinatam aſſerunt, poſtquam eqvus in arcem jam fuerat receptus: quanquam aliàs de fatidico uterque furore graphicè cecinerit, alterque bucculæ, Oeſtro percitæ, eam comparaverit. Intra urbem id factum, etiam Virgilius tradit, furoris tamen oblitus, qui noſtro in ſegmento tamen tantus eſt, ut & vim ei injiciendam putârint. v. 557.

Κείνlω κερ]ομέον]ες ἀπέτρεπον ὄβρε͂ος ἵππȣ
*Illam conviciis impetitam ab immani Equo abigebant.*

Sed ſequitur *Sinon* aſtutus ille proditor, doliſque inſtructus & arte Pelasgâ: & quidem, ſi Fabrettum audis, manibus à tergo ligatis in urbem ducitur, licet Quintus Smyrnæus & Virgilius vincula ei ante Equi ſubvectionem exuta memorent. Mihi eò modô hîc expreſſus creditur, quô Priami juſſu ei vincula ſoluta ſunt; ideò enim Priamus adſtare videtur.

*Ipſe viro primus manicas atq; arcta levari*
*Vincla jubet Priamus.*

Jubentem ſanè evincunt manus verſus Sinonem protenſæ, nec prohibet ſequens Equi deductio; Quidni enim, quæ præcedunt, licet portæ propiora, prius facta cenſeantur? quâ ratione & Caſſandram ſimul cum Trojanis exiſſe, & non minus ac Laocoontem vaticinia edidiſſe, credibile eſt. Hyginus certè non poſtquam Eqvus jam ductus eſſet, ſed poſtquam Priamus eum duci imperaſſet, ejus meminit. *Priamus Eqvum in arcem Minervæ duci imperavit, feriatiq; magno opere ut eſſent, edixit. Id vates Caſſandra cum vociferaretur ineſſe hoſtes, fides ei habita non eſt. Quem in arcem cum ſtatuiſſent &c.* Sed de porta adhuc dicendum; Scæam hanc eſſe, ex Inſcriptione patet. An autem per eam Eqvus ductus ſit? an muris dirutis in urbem tractus? dubia apud Authores ſententia proſtat. Muros dirutos, cecinit Virgilius:

*Dividimus muros & mœnia pandimus urbis.*

Nec alter Q. Smyrnæus Lib. IB.

Μεγάλης κρήδεμνα πόληος
Λυσάμθμοι, λυγρὸν ἵππον ἐσήγαγον.

*Magnæ*

*Magnæ civitatis mœnibus*
*Dirutis funeſtum introduxerunt eqvum.*

Tryphiodorus contra, mœnibus intactis, portas numine Deûm ampliores factas, fatalem machinam cecinit admiſiſſe. Quicquid autem ſtatuas, marmori noſtro non contradices, cum ad id tempus integræ adhuc referri debeant, quò nec dirutæ adhuc, nec dilatatæ fuére, ſed quô Sinoni vincla detracta, Priamique contra juſſa vaticinata eſt Caſſandra. Notanda autem liminum in porta hâc altitudo, tanta ſcilicet, ut & Neptunus ea, ut eqvus introduci poſſet, Tridente diſcuſiſſe memoretur.

Αἱ δ' οἱ ἐρχομένῳ θυρέων πτύχες ἐστείνοντο
Ἀλλ' Ἥρη μὲν, ἔδυσεν, ἐπίδρομον ὄρμον ὁδοῖο,
Πρόσθεν ἀναστέλλουσα; Ποσειδάων δ' ἀπὸ πύργων
Σταθμὸν ἀνοιγομένων πυλέων ἀνέκοπτε Τριαίνῃ.
*Ipsi vero anguli portarum venienti angustiores erant.*
*Cæterum Juno accessit, facilem accessum viæ*
*Prius præparans : Neptunus verò de turribus*
*Tridente discutit LIMINA patentium PORTARUM.*

Sed aliter hæc in Gemma Liceti. In hac enim murus jam disruptus cernitur, Trojanique tripudiantes, eôque geſtu, quô in urbem eô attractô & Diis gratias tuliſſe, & genio indulſiſſe memorantur: Illud figuræ procumbentes, hoc affiċta amphora videntur innuere. In ſequenti eundem eqvum cernimus, & Græcos ex Equo deſcendentes; Trojanis enim poſt epulas dormientibus, ut ait Virgilius, Lib. II. v. 258.

*Inclusos utero Danaos, & pinea furtim*
*Laxat claustra Sinon, illos patefactus ad auras*
*Reddit Eqvus, lætique cavo se robore promunt.*

non quidem demiſſum lapſi per funem, ut ille habet, ſed ut Q. Smyrnæus Lib. XIII. v. 51.

Νισσόμενοι κλίμαξι κατὰ στίχας, ἅσπερ Ἐπειὸς
Τεῦξεν ἀριπρεπέεσσιν εὐσθενέεσσι κέλευθα
Ἵππον ἐσερχομένοισι, καὶ ἐξ Ἵπποιο κιοῦσιν.
*Gradatim per scalas euntes, quas Epeus*
*Fecerat, ut transitum strenuis proceribus commodaret*
*Tum ingredientibus Eqvum tum descendentibus ex Eqvo.*

59. Troja Capta. Tandem urbis potentiſſimæ excidium contemplamur, non quidem incendio, ſed Procerum cladibus in Tabula adumbratum, idque

idque ad mentem Tryphiodori, qui flammas demum injectas cecinit, cùm cædibus peractis Græci ad naves regreſſuri eſſent v. 667. Mœnia cernimus crebris turribus diſtincta, unde Homero Troja ἐϋτείχεος *benè murata.* Il A. v. 129. & Ἔυπυργος *benè turrita* Il. H. v. 71. dicitur. Adde Tryphiodorum v 496. μεγάλοις ἐπὶ τείχεσι *propter ampla mœnia* Trojanorum. Sed & *domos* cernimus, *altas* ad mentem Coluthi, cui ὑψίδομος audit, de raptu in fin. Hinc & Q. Smyrnæo L. VI. v. 145. Ἕκτορος αἰπὰ μέλαθρα *Hectoris celſa domus:* & L. XIII. v. 430. dicuntur *domus* ὑψόθεν *ex alto ruiſſe*, memoranturque *domus Antimachi*, & *Arx circa Pergamum*, & *Templa Apollinis & Minervæ, Thalamiq́; venuſti Nepotum Trojæ.* Ita & Tryphiodoro v. 612. μέγα δῶμα *Magna domus Deiphobi* memoratur. Et Virgilio *arx Priami alta*, & *ardua Pergama, Iliumq́;* & *ſuperbum* & *domus divum*, quorum pleraque utique in Tabula graphicè adumbrantur, quanquam difficile ſit, quæcunque determinare; Vix enim noſcitur *templum Minervæ* ex Caſſandra, quam Ajax inde abſtrahit, & ex Equo Dureo, quem in ejus vicinia ſtatutum, Tryphiodorus author eſt: Vix *Ara Jovis Hercei* ex ſene Priamo, qui ad eam à Neoptolemo memoratur occiſus. *Templum Veneris* ſubſcriptio arguit. Quænam autem ſit, in quam armatus id juxta irruit, hactenus obſcurum eſt. Niſi fortè Helenam arbitreris, in quam Menelaum irruiſſe quidem, ſed Veneris nutu conſilium mutaſſe, Q. Smyrnæus cecinit; quanquam hoc non ante templum, ſed in Thalamo factum fuerit. Ita & ab alterò latere fortaſſe *templum Apollinis* credideris; Quis autem ad ejus aram cadat, nec ipſum definiverim. Ædes columnis ſublimes & circa Templum Minervæ, & aram Jovis Hercei in quadrangulum exſtructæ *Thalamos Nepotum Priami* adumbrant, quos Q. Smyrnæus Lib. XIII. v. 436. memorat, aut verius *domum Priami perpulchram, politis porticibus exſtructam*, in quâ Homero Il. Z. v. 244. teſte.

Πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο,  
Πλησίον ἀλλήλων δεδμημένοι. ἔνθα δὲ παῖδες  
Κοιμῶντο Πριάμοιο παρὰ μνηστῇς ἀλόχοισι.  
Κουράων δ' ἑτέρωθεν ἐναντίοι ἔνδοθεν αὐλῆς  
Δώδεκ' ἔσαν τέγεοι θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο  
Πλήσιον ἀλλήλων δεδμημένοι ἔνθα δὲ γαμβροὶ  
Κοιμῶντο Πριάμοιο παρ' αἰδοίῃς ἀλόχοισιν.

*Quinquaginta inerant Thalami ex polito lapide,*  
*Proximè inter ſe ædificati. Ibi autem filii*

*Cubabant Priami apud legitimas uxores.*
*Filiarum autem è regione oppoſiti intra atrium*
*Duodecim erant excelſi thalami ex polito lapide,*
*Proximè inter ſeſe ædificati: illic autem generi cubabant*
*Priami apud pudicas uxores.*

Intra portam *Æneas Anchiſen geſtans cum Aſcanio* graditur, præcedente *Mercurio*, quanquam Venerem ejus ductricem Q. Smyrnæus faciat L. XIII. v. 326. Qui intra murum, juxta portam, Senex ſtat, fortaſſis *Calchas* eſt, qui Græcos à perſecutione Æneæ cohibuiſſe memoratur, ibid. v. 333. ſeqq. Cæterùm & ab alio intra portam latere, *Æneas* & *Anchiſes* Deos Penates deferunt, & è regione *Æthra à Nepotibus* Acamante & Demophoonte *agnoſcitur.* Inter reliquos fortaſſis occumbunt Corœbus, aut Eurydamas, aut Ilioneus à Diomede percuſſi: Abas & Amphimedon, ab Ajace: Damaſtorides ab Agamemnone, Mimas ab Idomeneo, Deſopetes à Mege occiſi. De Polite res clarior videri poteſt; non procul enim ab Ara Jovis Herçei eum cecidiſſe, ex hiſtoria patet: quanquam & plures alios, & ſimul omnes Priami filios, circum eam occiſos, Q. Smyrnæus memoret. Sed hæc ita ſummatim. Operæ pretium nunc eſt, ut ſingula etiam ſeparatim contemplemur.

60. Cassandra ab Ajace violata. Caſſandram, ad Genua Minervæ procidentem, ab Ajace Oilei vitiatam eſſe, cecinit Tryphiodorus v. 635. Id in Templo factum, Q. Smyrnæus habet, Lib. XIII. v. 422. Segmentum Tabulæ Iliacæ à Templo ab Ajace abreptam fingit, idque cum Virgilio L. II. Æn. v. 403.

*Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo*
*Crinibus à Templo Caſſandra adytiſq; Minervæ,*
*Ad Cœlum tendens ardentia lumina fruſtrà.*

Marmor abreptam non à templo, ſed à Palladio adumbrat; ſed nec huic fulcrum deficit. Hyginus Fab. CXVI. *Caſſandram* inquit *Ajax Locrus à ſigno Palladio abripuerat.*

61. Corœbus à Peneleo interfectus. Non tulit Caſſandræ injuriam Corœbus, qui nuptias ejus pactus, ultimum Trojanis præſidium advenerat; ſed dum medium ſeſe moriturus in agmen injicit, primus etiam, planè ut & hic cernitur, & apud Virgilium L. II. v. 425. fingitur.

*Penelei dextrâ Divæ armipotentis ad aram*
*Procumbit.*

Licet Quintus Smyrnæus L. XIII. v. 168. à Diomede occiſum memoret, id quod & Leſicheum tradidiſſe. Pauſanias author eſt, qui juxta & notat, à Neoptolemo occiſum, multorum ſermonibus proditum eſſe.

62. Pria-

62. Priamus ad aram Jovis Hercei cæsus. Priamum hic non tantùm ex ſenio, ſed & ex ara Jovis Hercei agnoſcimus. Hunc cum Virgilio L. II. v. 512.

*Ædibus in mediis, nudoq́; ſub Ætheris axe*

collocat hoc ſegmentum. Hercei autem Jovis fuiſſe, patet ex Tryphiodoro v. 623. ubi de hoc Priami interitu.

Αἰακίδης δὲ γέροντα Νεοπτόλεμος βασιλῆα
Πήμασι κεκμηῶτα παρ' Ἑρκείῳ κτάνε βωμῷ.
*Æacides porrò Neoptolemus ſenem regem Priamum,*
*Malis confectum interfecit, apud Herceiam aram,*

Q. Smyrnæus L. XIII. v. 222. pro Ἑρκείου habet Ἑρμαίου, ſed mendosè; Ἕρκειος Ζεὺς enim, Suidâ teſte, vocabatur, quòd intra ſeptum, quod Græci Ἕρκος, & in aula, quæ Homero ſemper ſubdialis eſt, ut notavit Athenæus L. V. cultum obtinebat, unde & Feſtus: *Herceus Jupiter intra conſeptum domus cujusq́; colebatur, quem etiam Deum Penetralem appellabant.* Sed plura de his Fabrettus. De cæde Priami ita Virgilius.

*Altaria ad ipſa trementem*
*Traxit, & in multo lapſantem ſangvine nati:*
*Implicuitq́; comam læva, dextrâq; coruſcum*
*Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem.*

Ex his Virgilii verbis conficitur, Neoptolemum eſſe, qui Priami comæ dextram implicuit, ſtrictoque enſe eum confoſſurus inſurgit. Imò eundem Neoptolemum aut Pyrrhum eſſe & eum, qui jacenti ad latus cadaveri inſultat, ex eodem Virgilio colligitur; Hic enim procul dubio Polites eſt, de quo ita Poeta L. II. v. 526. ſeqq.

*Elapſus Pyrrhi de cæde Polites*
*Unus natorum Priami, per tela, per hoſtes*
*Porticibus longis fugit, & vacua atria luſtrat*
*Saucius: Illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus*
*Inſequitur, jam jamq́; manu tenet, & premit haſtá.*
*Ut tandem ante oculos evaſit & ora parentum,*
*Concidit, ac multo vitam cum ſangvine fudit.*

Q. Smyrnæus non Politen tantùm, ſed & Pammona, Tiſiphonumque, omnes Priami filios, imò & Agenorem Jove ortum, à Neoptolemo canit interemtos, unde forſitan & reliquis lux affulget.

63. Æthra à Nepotibus agnita. Æthra Theſei mater, à Dioſcuris, Helenam Theſeo raptam repetentibus, capta, ſororique in ſervitutem tra-



dita,

dita, ſimul cum Hera Trojam pervenerat. Huic per urbem erranti, propoſito in ſegmento, manus injiciunt Theſei filii, Demophoon & Acamas, planè qualiter Quinto Smyrnæo memorantur. L. XIII. v. 504.

χεῖρας ἐπιῤῥίψαντο, λελαιόμενοί μιν ἄγεσθαι
Ἐς Δαναούς.

*Manus injecerunt, abſtrahere ipſam cupientes*
*Ad Danaos.*

Sed vis hoſtilis in lætitiam verſa eſt, cùm illa ſe proderet, agnitisque nepotibus oſcula figeret, id quod latius Poeta cecinit. Leſches quidem, Pauſaniâ teſte, Æthram non in urbe, ſed in Caſtris Græcorum à nepotibus agnitam ſcripſit; ſed Author Tabulæ Quintum Smyrnæum hìc ſequi videtur. Polygnotus ad cutem usque raſam pinxit, eôdem Pauſaniâ L. X. referente, in ſignum ſcilicet ſervitutis, quòd Helenæ famula fuerit, ut Homerus habet Il. III. v. 144. ab Athenis ſcilicet, ut diximus, tracta, atque Helenæ addicta, ut apud eundem Pauſaniam L. V. & Hygin. Fab. LXXIX. legitur. Q. Smyrnæus v. 524. & famulam & ſocrum Helenæ, quô pactô confinxerit, ſe neſcire ait Fabrettus; Sed res ex Lycophrone ejusque Commentatore Tzetze clara eſt, quorum ille in Caſſandra v. 143. Helenam πεντάλεκτρον appellat; Hic autem ex Duri Samio à Theſeo raptam, ex eoque Iphigeniam, quam poſtea Clytemneſtra pro ſua educârit, memorat peperiſſe.

64 Troades ad tumulum Hectoris. Tumulum Hectoris Plaſtes ritè extra urbem poſuit; Ita enim Homerus Il. Ω. v. 782. & 785.

Αἶψα δ' ἔπειτα περὶ ἄστεος ἠγερέθοντο.
Καὶ τότ' ἄρ' ἐξέφερον θρασὺν Ἕκτορα δάκρυ χέοντες.

*Statim autem ante urbem congregati ſunt.*
*Tunc extulerunt audacem Hectorem lacrymas fundentes.*

Ritè columnâ exſtructum, & muro circumdatum finxit; Urnam enim cum oſſibus, ubi in foſſam depoſuiſſent, ut v. 798. Poeta perſequitur,

ὕπερθε
Πυκνοῖσιν λάεσσι κατεστόρεσαν μεγάλοισι.
Ῥίμφα δὲ σῆμ' ἔχεαν.

*deſuper*
*Crebris lapidibus obfirmarunt magnis.*
*Leviter autem tumulum fuderunt.*

Sed major cura, non tam de *Clypeo* columnæ impoſito, quàm de expreſſo *Leone*; Clypeos enim, non minus ac alia mortuorum inſignia, columnis ejusmodi ſepulchralibus imponi: imò & clypeis illis figuras hieroglyphicas addi ſolitas, exemplum

plum Epaminondæ apud Pauſaniam abundè teſtatur: *Ejus tumulo* inquit *impoſita eſt columna cum SCUTO, in quo DRACO cœlatus eſt. Indicat hoc inſigne, Epaminondam ab iis ortum ducere, qui SPARTI ſunt nuncupati, id eſt, dentibus ſatis progeniti.* Ex his de Epaminonda conſtat; Non item de Hectore: niſi Leonem hunc ad Hectoris robur referas, quod equidem, non minus ac in aliis apud Ptolomæum Hephæſtionem licebit, licet ab Hercule genus is non traxerit; Neque enim Leo tam robur Herculeum, quàm Leoninum videtur indicare, ſuffragaturque Homerus, qui Hectorem aliquoties cum Leone comparat, nominatim Il. M. 42. & Π. v. 823. Sed ad perſonas reſpicimus, quas tumulo huic vel adſtantes vel aſſidentes cernimus. Adſtant hinc *Andromache* cum *Aſtyanacte*, & *Caſſandra*, & *Helenus*: inde *Hecuba*, *Polyxena*, denuò *Andromache*, & *Helenus*. *Ulyſſem* Fabrettus ideò hìc affictum arbitratur, ut adumbretur ejus legatio, quâ Polyxenam ad ſacrificium petiiſſe apud Euripidem legitur Sed id dubium videri poterit, quòd non Hecubam, ſed Helenum alloquatur: unde potius poſt victoriam eâdem ratione hos junctos credideris, quâ & Pauſanias, Eliac. priore, inter ſe ſingulari certamine congreſſuros & Helenum & Ulyſſem memorat, quòd ſcilicet hi ſapientiæ laude in ſuo uterque exercitu præſtitiſſent: Quod utique eò credibilius eſt, quò apertius Helenus hìc, non ut in Tabula Polygnoti, apud eundem Pauſaniam, mœſtus ſedet, ut qui maximè, ſed liberè cum Ulyſſe videtur colloqui. Ut autem hìc juxta Ulyſſem, ita ab altero latere juxta Caſſandram ſedet, quæ & ipſa vaticiniis celebratur, hìc autem pudibunda caput velat, procul dubiò ob ereptam virginitatem Ita & *Andromache* ab altero viſitur latere, planè qualem & Polygnotum inter Trojanas, captivas & lugentes, eam pinxiſſe, Pauſanias tradidit: cum adhærente ſcilicet, & lac ſugente filio Aſtyanacte, cùm ab altero latere filio careat, adeoque ſibi ereptum lugere videatur. Aſtyanactem ex turri præcipitatum, conſtans Poetarum aſſertum eſt, quanquam de tempore, quô id factum ſit, differant. Superſunt *Hecuba* & *Polyxena*, quæ ſe invicem amplectuntur, tanquam nunciatâ jam ultimâ neceſſitate: Quô argumentô forſan Ulyſſem, nunciatô Achivorum decretô, dum illæ extremum ſolatium fatis properantibus perciperent, ad Helenum deflexiſſe arbitraberis, quod equidem per me licebit. *Talthybius*, qui ab altero latere Troadibus appropinquat, ſortitionem nuntiare ex Euripide in Troad v. 240. ſeqq. videtur, licet ibi Hecubæ colloquatur. Sorte autem obvenerunt Caſſandra Agamemnoni, Andromache Neoptolemo, Hecuba Ulyſſi, id quod & Q. Smyrnæus Lib. XIV. v. 20. tradidit. Sed de his hactenus.

65. POLYXENA AD ACHILLIS TUMULUM IMMOLATA. Philoſtratus in vita Apollonii L. IV. c. V. Et iterum in Heroicis ſub Achille, Polyxenam

ad Achillis Tumulum, non à Neoptolemo mactatam, ſed ſuâ ſponte, amoris ſcilicet impatientem, ſibi manus intuliſſe memorat. Secus noſtrum Segmentum. Secus & Pauſanias in Atticis & Phocicis, ubi & addit: *mactatam fuiſſe, & authores teſtari & Tabulas.* Et quidem mactatam eſſe non privatô impetu, ſed publicâ authoritate, non tantùm inde conſtat, quòd Camillus à Neoptolemi tergo cernitur, ſed etiam ex Euripide in Hecub. v. 220. ſeqq. ubi Ulyſſes ad Hecubam.

Ἔδοξ' Ἀχαιοῖς παῖδα σὴν Πολυξένην
Σφάξαι πρὸς ὀρθὸν χῶμ' Ἀχιλλείου τάφου.
Ἡμᾶς δὲ πομποὺς καὶ κομιστῆρας κόρης
Τάσσουσιν εἶναι. θύματος δ' ἐπιστάτης
Ἱερεύς τ' ἐπέστη τοῦδε, παῖς Ἀχιλλέως.
*Viſum eſt Græcis filiam tuam Polyxenam*
*Mactare ad excelſum aggerem Achillei ſepulcri.*
*Nos verò comites & adductores puellæ*
*Ordinarunt eſſe. Sacrificii verò præfectus*
*Sacerdosq; ſtatutus eſt hujus, filius Achillis.*

Quibus ex verbis etiam clarum eſt, cur & Ulyſſes & Calchas præſentes ſint; quanquam & totum exercitum adfuiſſe, apud eundem v. 522. Talthybius referat. De tumulo notandum, corpus quod ei incumbit, non Achillis, ſed ipſius Polyxenæ videri, indeque forſan error Tertulliani L. 6. de Pall. n. 65. *Statuam Achillis habitu muliebri* referentis, quod veriſimile non eſt. Licet autem mactationem hanc in Samothracia peractam, Euripides ſupponat, eumque ſequatur & Ovidius, cum Tabula tamen faciunt Tryphiodorus & Q. Smyrnæus, quorum *Hic* antequam Græci Troja ſolverent, *Ille* autem & ante ſortitiones mulierum Trojanarum, eam memorat: adeò ut hîc non tumulus honorarius in Samothracia, ſed ille ipſe intelligendus ſit, quem juxta Helleſpontum Achilli cum Patroclo communem exſtructum ſupra & vidimus & audivimus. Notanda eſt Maceria circa Achillis tumulum ducta, quam non minus ac monumentum ipſum ſacram fuiſſe, ex inſcriptionibus probat Fabrettus. Sepulchrum Achilli & Polyxenæ commune cecinit Auſonius:

*Troas Achilleo conjuncta Polyxena buſto,*
*Malueram nullo ceſpite functa tegi.*
*Non benè diſcordes tumulos miſcetis Achivi.*
*Hoc violare magis, quam ſepelire fuit.*

Quanquam Q. Smyrnæus eam ad urbem delatam, & in domo Antenoris funeratam L. XIV. v. 320. ſeqq. cecinerit.

66. ÆNEAS

66. Æneas patriam relinquens. Æneam Trojâ pereunte Patrem ſuum Anchiſen, ſacra geſtantem, ex urbe humeris ſuis extuliſſe, filium Aſcanium autem manu traxiſſe, ſecutamque eos uxorem Creuſam, planè qualiter hîc adumbrantur, nemini Eruditorum ignotum eſt. Pluribus in Nummis res expreſſa cernitur, uti videri poteſt in Dialogis Auguſtini p 34. Sed nullibi cum Creuſa, nullibi cum ductore Mercurio, adeò ut licet in re nota, non tamen contemnendum, imò potius ſummâ æſtimatione dignandum ſit hoc Tabulæ Iliacæ Segmentum. Pleniſſimè ſanè adumbrat illa Æneæ apud Virgilium Lib. II. v. 707. ſeqq.

*Care Pater, cervici imponere noſtræ.*
*Ipſe ſubito humeris — mihi parvus Julus*
*Sit comes, & longè ſervet veſtigia conjunx.*
*Tu genitor cape ſacra manu, patriosq́; penates.*

Et iterum v. 721. & ſequentibus.

*Latos humeros ſubjectaq́; colla*
*Veſte ſuper, fulviq́; inſternor pelle Leonis,*
*Succedoq́; oneri. Dextræ ſe parvus Julus*
*Implicuit, ſequiturq́; patrem non paſſibus æquis.*
*Ponè ſubit conjunx.*

De Conjuge tacet Q. Smyrnæus: Imò nec Virgilio cum Tabula convenit, cùm in hâc jam extra portam fingatur, ille autem v. 730. & ſequentibus relictam memoret, cum portis propinquaret. Ita nec de duce convenit. Quem Tabula Mercurium facit, Q. Smyrnæus Venerem ſubſtituit L. XIII. v. 326. unde & Tryphiodorus v. 639.

Αἰνείαν δ' ἔκλεψε καὶ Ἀγχίσην Ἀφροδίτη
*Æneam autem & Anchiſen ſuſtulit Venus.*

67. Æneas navim conſcendens. Unam tantùm, aut forſan alteram hoc in Segmento navim cernimus, in eamque Æneas Anchiſen geſtans, & Julum trahens, ſequente Miſeno aſcendit. Hæc utut rem exprimant, cum Virgilio tamen non conveniunt. Claſſem hic Æneæ memorat & quidem ſub Antandro ædificatam, contractosque viros, & æſtate demum navigatum.

*Claſſemq́; ſub ipſa*
*Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ,*
*Contrahimusq́; viros. Vix prima incœperat æſtas,*
*Et Pater Anchiſes dare fatis vela jubebat.*

Adeò ut ſecundum hunc non *ſtatim* videatur navim conſcendiſſe Æneas, cùm Anchiſen ex urbe extuliſſet; ſed poſt demum, cùm claſſem extruxiſſet, quod & veriſi-

veriſimile eſt. Sed datur hæc venia Antiquitati, ut unicâ navi totam claſſem adumbret, non minus ac unicô Imperatore totum exercitum, id quod pluribus exemplis demonſtrari poſſet, ſi nunc id ageretur. De tempore res clarior eſt; Quidni enim cùm claſſis exſtructa jam eſſet, tempusque navigationis adveniſſet, Anchiſen Æneas, quem interim ſubmiſerat, humeris rurſus impoſuiſſe, & ita etiam in navim portaſſe credatur? Sed de Miſeno dicendum, cujus arma Æneas,

*Remumq; Tubamq;*,

Æneid VI v. 234. ejus ſepulchro legitur impoſuiſſe, adeò ut dubium videatur, an remum hîc Miſenus, an tubam credendus ſit geſtare? Pro remo ſentit Fabrettus, & eum fortè inſtrumenti longitudo ſeduxit, quæ tamen tanta non eſt, ut remus credi poſſit, cùm ne ipſius quidem Miſeni ſtaturam adæquet. Remi ſanè navigio jam adaptati, & procul dubiô longiores fuére. Adde quòd nec credibile ſit, Miſenum remum etiam extra navim geſtaſſe, cùm tamen tuba ei convenientior videatur; Tuba inquam, cui & figura in propoſito quadrat, adeò ut omninò Tubam hîc & non remum decernam agnoſcendam.

